IN PROHEMIUM PHYSICORUM ARISTOTELIS FRATRIS HIERONYMI...

Girolamo Girelli, Antonio Battisti, Massimiano Beniami

IACOBO SVRIANO PATRITIO VENETO, FRATER ANTONIVS BAptista S. P. D.



COGITANTI mihi quanta cum sit inter Aristotelis interpretes diuersitas, quantumq; in difficilium locorum expositione discrimen; ut sæpe non solum perspicuitatem, aut lucem non adferant, sed maiores tenebras offundant; tum illud se se offert prohemio primi de naturali auscultatione nihil & à ueteribus, & a recentioribus uarie magis interpretatum fuisse: adeo ut multi Delios natatores desiderarint, aut Oedipos, qui ænigma, & inextricabilem locum explicarent. Et hactenus quoscunq; legi, aut audiui nulla ratione mihi fecere satis, præter unum Hieronymum Girellum utriusque nostrum præceptorem; cui inter exponendum Scotum nostrum sæpe occurrit, ut iam præfatum locum interpretaretur summa omnium satisfactione. Et si unicuique quod sentit dicere licet, ille profectò adeo scopum attigit, adeo probemium illud ex cymmerijs tenebris reuocauit, adeò rectè (ut uno uerbo dicam) perpendit, ut si Arist.

reuiuisceret fateretur non posse aliter interpretari. Et quemadmodum illum quot quot audierunt illius expositioni applauserunt, approbarunt, & laudibus extulerunt, ita & a lecturis factum iri mihi non dubium est. A studiosis itaq; non mediocrem gratiam me initurum confido, si res tam apprime exoptata typographis in lucem edenda traderetur. Id autem eò lubentius facere uisum est, quôd nonnullorum, qui maxima mihi necessitudine coniuncti erant, preces accesserunt: qui cum non ignorarent me familiarius præstantissimo uiro usum fuisse, cui etiam quicquid in studijs aut philosophiæ, aut Theologiæ consecutus sum, acceptum refero, ad me concessere plus æquo efflagitantes, ne opus delitescere mea causa permitterē. Sciebant enim hæc scripta apud me esse. Mos gerendus fuit studiosis amicis; negare enim eis, quos unicè diligerem, quibusq; me charissimum esse sentirem, præsertim & iusta petentibus, & præclara cupientibus durum admodum uidebatur. En igitur in lucem prodijt in prohemium physicorum dilucidissima omnium, quas hactenus uidi, expositio: cui insuper addita fuerunt duo quæsita eiusdem authoris, alterum de primo cognito, alterum de cognitione singularis eruditissima, & præclarissima, sed par fuit, ut tuis, & non aliorum auspicijs hæc exirent, qui mecum

hæc eo diſputante, adamuſsimq́ exponente frequenter au diuiſti. Quam ſæpisſime mihi laudaſti cum illius au ditorium frequentabas. Illud nunq̃ mihi memoria exci dit te dixiſſe neminem eſſe, qui tuis, & aliorum purgatiſ ſimis auribus præſertim in difficilium locorum Ari. expoſitione ſatisfecerit. Tuæ igitur partes erunt, & huius interpretationis luce meridiana clarioris autho rem & me ipſum qui illam edendam imprimendamq́ cu raui a maleuolorum morſibus tueri, & obgannientium ora (ſi qui fuerint) obſtruere; & ab eorum repre henſione uindicare. Quod quidem ob ſingularem pro bitatem tuam, & erga præceptorem utriuſq́ noſtrum nunq̃ ſatis laudatum, beneuolentiam, & maximum er ga philoſophiam ſtudium, facturum te non dubito. Interim me tuarum uirtutum obſeruantisſimum, & Girelli noſtri ſcripta, tibi tam grata ut q̃ maxime amplectere & foue. Vale.

HIERONYMI GIRELLI IN GYMNASIO PATAVINO THEOLOGIAM PUBLICE PROFITENTIS

in probemium Physicorũ enna ratio aperta cum quæsitis de primo cognito, & de cognitione singularis.

QVONIAM cognoscere, ac scire contingit, circa omnes methodos, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa ex horum cognitione (Tunc enim putamus unumquodque cognoscere cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & usq; ad elementa) manifestum est quòd & ea, quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primum determinare tentandum est. Text. 1.

Intentio Aristo. in præsenti loco est nobis ostendere finem naturalis philosophiæ, in qua intentione omnes ferè expositores conuenire uidentur: Vndè com. Aue. dicit, incœpit hunc librum à causa, propter quã fuit consideratio huius scientiæ: finis enim naturalis philosophiæ, est scire causas rerum naturalium. Hoc idem sensit Simplic. in hoc probemio, cum inquit probemium mox operis intentionem patefacit, quod de principijs naturalibus est; nam inquit id quod ad principia attinet, prius determinãdum est; quod autẽ necessarius sit sermo de principijs planè ostẽdit in hũc modũ syllogizãs. expositio

syllogismus. In omni methodo cuius est medium propter quid, contingit intelligere ac scire ex illius medij cognitione; scientia naturalis methodus quædam est, cuius est medium propter quid, ergo in naturali scientia contingit intelligere, ac scire ex illius medij cognitione: hoc autem medium nil aliud uidetur esse, quàm principia, aut causæ aut elementa; ideo manifestum est quòd & ea, quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primum determinare tentandum est: Hoc enim sequitur necessario, quandoquidem naturalis tractatio speculatiua est, & non practica: Speculatiua autem habet finem ipsum scire, & finem habẽs ipsum scire cognitionem causarum assumit, ad quas singula referens habebit cognitionem ipsorum. ita scribit Simplic. 2. phisic. & Aristote. tex. 27. dicit, scire autem non prius opinamur unumquodq; quàm utique cœperimus propter quid circa unumquodque, & multoties hoc idem dixit Aristo.

Prima propositio nota est ex his, quæ habentur post. primo, & habetur tanquam dignitas quædam. Nam

Simplic. inquit Simplic. si scientia est per demonstrationem cognitio, & demonstratio est syllogismus, qui fit ex principijs; profectò constat ut scientia, sit ea cognitio quæ a principijs proficiscitur, eadem etiã propositio confirmatur communi quadam scientia philosophorum cum inquit:

tunc

tunc enim arbitramur cognoscere unumquodque, cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & usq; ad elementa, manifestum est q & ea, quae sunt &c.

Pro intelligentia uerborum Arist. primo obseruandum est quòd intelligere, & scire nomina synonima sunt, & idem significant, ita quod loco scire potest poni cognoscere, & ita erit sensus, quoniam intelligere, ac cognoscere contingit &c. Haec fuit mens Alexan. ut testatur Simp. qui dixit haec nomina ex geminatione dicta solum habere differentiam in qualitate rei; & obid unum eorum dictum pro cunctis satis esse ac supplere potest, haec ille. Quapropter scire in praesenti loco non sumitur pro scire simpliciter, ut placuit grauissimis uiris, sed pro scire communiter quod idem est quòd cognoscere: quòd autem ita sit, manifestum est, ex determinatione addita, quae superflua esset, & nugatoria si scire sumeretur simpliciter; Nam tantundem est dicere, scire circa omnes methodos, quarum sunt principia, fit ex cognitione principiorum, quantum est, scire simpliciter fit ex cognitione principiorum. Scire igitur lata intentione sumi debet: praeterea si scire sumeretur simpliciter, tunc determinaret ipsum intelligere, sicut species genus, at genus nō determinatur ad eandē speciē pluribus differentijs; sed hoc non potest dici, quoniam intel-

Quid intelligere & scire.

Alexan.

Declaratur opinio Alexa. cōfirmatur.

ligere determinatur ad scire simpliciter per illud ex illius medij cognitione: intelligere autem aliquid per medium propter quid, est scire simpliciter, quare Ari. non dixit, circa demonstratiuas scientias, quarum sunt principia; sed circa methodos, quarum sunt principia &c. Commune enim habet determinari per differentiam additam communi. Sed contra hanc interpretationem sic argumentatur Simpli. Cognitio & scientia, seu cognoscere ac scire simul non possunt esse idem neque significare quod sola cognitio, uel solum scire significat. Hoc autem sic probat. Nam ea etiam cognoscimus, quae sensus opinionisque ope, & immediatas propositiones comprehendimus; quorum nihil scimus per demonstrationem quod idem dictu est non scire per scientiam. Proinde uidetur proposuisse cognitionem scientiae, cum cognitio sit eius genus, perinde atque dicat, cognoscere per scientiam, uel scientifice. Similiter autem hoc dictu est, si quis dixerit aliquid, & hoc modo oratio uelut enunciatio uera, uel falsa est. Etenim oratio genus est enunciationis, sic cognitio idem dictu est cognitio scientiae. Quod autem Arist. non ignorauerit cognitionem dici & de perceptione, quae sensuum ope capitur, indicauit praefatio prohemiumque Metaph. ubi inquit. Omnes homines natura cognoscere desiderant huius autem

Simpl. cōtra Alex.

desiderij inditium est ipsa sensuum dilectio: Haec sunt argumenta Simpl. contra Alex. quae mea quidem sententia, nihil sunt & uana, facilimeq; solui possunt. Nam Simpl. considerauit uocem illam scire proprie, & non communiter. quod si proprie consideretur, utiq; uera sunt, quae a Simplicio afferuntur. Sed ad huius textus expositionem toto coelo aberrauit. Propterea quod latius ac fusius in loco praesenti sumitur illa uox, quam Simplicius exposuerit. Id quod etiam declaratur ex primis uerbis praefationis metaphi. Omnes homines natura cognoscere desiderant, qui locus & si Simplic. arbitratur sibi fauere, aduersatur tamen, ut facile uidere est consideranti sensum illius textus. Quod si scire propria intentione acciperetur & non communiter una esset omnium interpretum ex graeco in latinum conuersio neq; in re tam aperta tam uarij essent. Sed quoniam fuse sumitur, ob id alij uerterũt scire, alij aũt cognoscere. Diluũt[illegible] argumẽ[illegible] Simplic[illegible]

Diuus uero Thomas inter latinos primus expositor dicit, quod haec .s. intelligere & scire ad duo referuntur; primum ad diffinitionem, secundum autem ad demonstrationem, nam sicut demonstrationes sunt ex causis, ita & diffinitiones, cum completa diffinitio sit demonstratio sola positione differens, primo post. Ad quod respondemus sustinendo opinionem Alexan. quod Diu. Th[illegible]

intelligere non refertur ad diffinitionem, neq; scire ad demonstrationem; sed hæc duo tantum significant unum illorum, & sumuntur pro cognitione in se, quæ limitatur & contrahitur ad uerum scire per additionem appositam. Cognoscere enim circa omnes methodos, quarum sunt principia &c. quod fit ex illorum cognitione est scire simpliciter.

Magnus etiam commentator com. 1. dicit contra Alex. quòd nomina synonyma non usitantur in scientia demonstratiua: qua de re intelligere & scire, siue scientia, & certitudo non sunt noĩa synonima. Ad hoc dicemus statĩ ubi erit sermo de prĩcipio, causa, & elemẽto.

Quid sit methodus

Quid autem methodus sit declarare oportet breuibus tamen uerbis; nolo enim recensere omnia eius significata; Est igitur in proposito methodus cognitio cum ratione habita, siue processus ad aliquod cognoscibile cum quadam uia rectè, riteq; ordinata; hæc autem uidetur esse communior scientia speculatiua, nam quædam dicitur esse cum causa, & quædam sine causa de illa quæ est cum causa loquitur Aristo. in hoc loco; & quia methodus communior est, ideo Aristoteles adiecit, circa omnes methodos, quarum sunt principia, aut causæ &c. & ita contrahitur ad scientias speculatiuas. Hinc patet quantum defecerit Auer.

Deffectus Auer.

qui per methodum, aut per uiam intellexit scientias speculatiuas; nam si ita esset oporteret legere textum hoc modo, circa omnes artes speculatiuas, quarum sunt principia, aut causæ &c. quod absurdum est. Non enim sunt actus speculatiui nisi habeant principia, aut causas. Dictum etiam Auer. quod considerans in eis, scilicet, in scientijs speculatiuis uadit à determinatis rebus ad res determinatas per res terminatas, non solum uerum est in artibus speculatiuis; sed etiam in omnibus artibus tam actiuis quam factiuis. Vnde Aristoteles undecimo metaph. scribit, quôd omnis scientia principia quædam circa unumquodq; eorum, quæ sub se cadunt, atque causas quærit, ut medicina, atque quæcunque aliæ effectrices.

Principia aut causæ, aut elementa. Per hoc disiunctum Arist. intellexit medium propter quid, quocunq; nomine nominetur siue principium, siue causa, siue elementum. & hoc est quod Aristo. dixit 1. posterio. Scire est rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa &c. ubi per causas intelligit cõmune quid ad principiũ, causam, et elementum, quod idem est, q propter quid & in illo loco loquitur ut logicus, qui cum non posit facere discrimen inter illa, communi nomine omnia, causas uocauit: in præsenti uero loco, ubi ut philosophus

loquitur, & demonstrator rerum, sequitur id quod sibi & alijs philosophis placuit; multi enim uidentur ponere differentiam inter principia & elementa, quorum unus ipse est, ut patebit infra. Si enim causas tantum dixisset, uisus fuisset excludere elementa, & econtra. Voluit ergo accipere propositionem communem, & ab omnibus concessam quae est synonima huic, in omni methodo cuius est inuenire medium propter quid scientia fit ex illius medij cognitione; haec communis est omnibus, nam in principio sermonum non oportet omnia in dubium reuocare, ubi suppositis dictis communibus potest propositum declarari, ut scribit Doctor subtilis in quarta questione sui quolibeti. Haec dicta sint circa maiorem propositionem.

Confirmō maioris. Maior propositio confirmatur. Tunc enim arbitramur unoquoq; cognoscere &c. Obseruandum est quod haec tria differunt inter se secundum Alex. referente Simplic. Etenim Alexan. inquit haec inuicem differre, eo quod principium quidem dicitur ipsum proprie efficiens, unde est principium motus, causa uero dicitur id cuius gratia & forma, quippe in his, quae natura sunt forma, & id cuius gratia, clementum autem est id quod inest, ac rei intimum est, ceu materia. Pro

Declaratur opinio Alexan. intelligentia opinionis Alex. annotandum est haec tria

scilicet Principium, Causam, & elementum esse nomina analoga, quae prius dicuntur de uno significato, q̃ de alio, ut notum est: Principium ergo proprie dicitur de agente, quod est agens in rei ueritate, ad differentiam finis, qui agit metaphorice, & secundum similitudinem. Ideo Auer. referens mentem Alex. dixit quod per principia intellexit causas agentes, & idest, mouentes. s. proprie, siue in rei ueritate, illa enim motio nobis manifesta magis est. Causa uero primo dicitur de fine, & ratione identitatis dicitur de forma. Elementum uero primo dicitur de materia deinde de forma. Sed contra Alexandr. sic argumentatur Simplic. Id cuius gratia cum sit finis & prorsus principium erit, & magis proprie principium quam efficiens, & maxime secundum eos, qui aiunt immobilem, & primam causam omnium esse finem; sed non efficiens, quam & cunctarum rerum principium esse confitentur; siquidem affirment ipsam esse omnium maxime primum. Item, quomodo aiunt solam materiam esse elementum? siquidem putent compositum constare materia & forma. Nam & si forma finis rationem subit, magis tamen elementi rationem participat. Soluuntur ea, quae fert Simpl. contra Alex. per hoc, quôd principium dicitur de fine non tamen primó. sed est primó causa, est enim causa causarum. Ad

Simp. contra Alex.

Solutio argumento. Simplic.

id uero quod dicit de mente quorundam .s. quòd Deus sit finis omnium tantum, & non etiam efficiens, ergo finis dicitur primò de principio: negatur opinio illorum Deus enim non solum est finis omnium, sed agens & mouens, ut testatur Auer. in disput. 3. & 4. contra Algazel. Ad id quod dicit, quòd forma sit elementum, conceditur. Sed non primò, Vnde Auer. 5. Meta. famosior significatio elementi est quando dicitur de materia; & ideo 2. phys. materia describitur hoc modo. Est enim id ex quo fit aliquid in existente; & hæc est diffinitio elementi 5. metaph. tex. 4. & 7. metaph. tex. ultimo dicit elementum est id quod diuiditur in existens, ut materia, de ratione ergo elementi est, ut non solum sit id, ex quo fit aliquid in existente, sed etiam sit id, in quod resoluitur: compositum autem non resoluitur in formam, sed forma corrumpitur, & materia induit aliam formam, & hoc modo diluuntur, rationes Simp.

Defectus Auer.

Auer. autem non uidetur sibi constare, nam quarto metaph. com. 4. inquit; Elementum non dicitur de causis extrinsecis, & dicitur de intrinsecis & dignius de materia, principium autem est dignius dici de causis extrinsecis, & causa est minor principio in hoc. Principium autem est quasi uniuersalius causa, cum dicatur principium de principijs transmutationis scilicet, de priuatione

uatione & quatuor causis. Vult ergo quód priuatio dicatur principium, & non causa. In primo autem com. primi physico. uidetur sequi Alexa. ut notauit Mar. Antonius Zimara the. 84. ubi inquit ista nomina prin cipium, causa, & elementum, ut scribit com. in 1. physico. commento 1. quandoq; sumuntur communiter, & quandoq; proprie; communiter autem sumpta confunduntur ad inuicem, ita quòd causa communiter stat pro omni causa in quocunque genere causante, & similiter principium & elementum. Tamen quando sumuntur propriè, causa stat pro causa finali: nam finis est causa causarum ex secundo physico. nam causalitas finis est incausata. Principium autem propriè dicitur de agente & mouente causa. Unde Aristo. ubique locorum ubi describit causam efficientem, dicit quod est principium unde motus: de ratione enim principij est primum esse, ut dicit Ari. in principio quinti metaph. & quia causa efficiens in esse reali præcedit omnem aliam causam (licet enim finis in intentione, & quo ad causalitatem præcedat causalitatem agentis, sed quo ad esse est opposito modo) appropriate nomen principij attribuitur causæ agenti, & mouenti. Differentia autem inter mouens & agens nota est ex primo de generatione & corruptione in tex. com. 43. & infra, quia omne agens est mouens & nõ

Zimar

econuerso. Elementum autem appropriatur causis in-trinsecis praecipue tamen materiae. Defecit tamen uir ille uolens ostendere rationem principij prius conueni-re agenti quam fini, & dicit; licet enim finis in intentio-ne, & quo ad causalitatem praecedat causalitatem agen-tis, tamen quo ad esse est opposito modo; Sed contra ipsum instatur. Quia si finis praecedit causam agen-tem in causalitate, ergo & in ratione principij patet con-sequentia quinto metaphi. tex. primo. Omnes enim causae principia sunt & econtra, ut patebit infra; nisi forte intelligat, quod causa agens praecedit in ratione principij mouentis in esse reali finem, finis uero praecedit causam agentem in ratione principij mouentis metapho-rice. In duodecimo autem metaphi. com. 23. uidetur dice-re oppositum, ubi inquit. Et dixit hoc, quia causa dici-tur de omnibus, principium autem de extrinsecis, elemen-tum uero de intrinsecis; Vnde merito increpandus est Auer. de modica sollicitudine circa nomina: Vt ipse perperam increpat diligentissimum praeceptorem suum circa nomina: Sed de his infra dicemus.

Contra Zimarã.

Sed quicquid sit de istis magnis uiris, ego dicerem cum Porphyrio (saluo semper meliori iudicio) quod principium & causa apud Arist. sunt nomina syno-nima; & quod ita sit, manifestum est ex 5. metaphis.

textu primo ubi postq; quot modis dicatur principium exposuit, totidem causam dici ait, & rationem apponit dicens; Omnes enim causæ principia sunt. Responderet forte quispiam & diceret, uerum esse, quod omnis causa est principium, non tamen mutuo se consequuntur, ita quod omne principium sit causa, priuatio enim principium est, non tamen est causa; Hoc nihil ualet, quoniam Ari. 4. metaph. tex. 3. dicit, quod ens & unum dicunt eandem naturam; & reddens causam adiecit, quia mutuo se consequuntur, ut principium & causa, sed non una ratione ostensa; Si ergo principium & causa non mutuo se consequerentur, probatio Arist. nulla esset. Unde Alex. in expositione illius tex. ita scriptum reliquit. Dicit porrò perinde unum & ens esse idem, ut principium & causa idem sunt. Nam quemadmodum hæc inter se consequuntur, ac de eodem prædicantur, sic item unum & ens; Principium enim idem est atq; causa, & causa idem atque principium, alia tamen est ratio, quà principium dicitur, alia quà dicitur causa: Dicitur enim principium quatenus primum est eius, cuius est principium, & quatenus existunt ea, quorum est principium, causa uero quatenus propter ipsam est id, cuius est causa; Aliud autem est id ex quo, aliud id propter quod. Et beatus Thomas exponens eundem textum

ita ait, dicit ergo primo quòd ens & unum sunt idem & una natura; hoc ideo dicit, quia quædam sunt idem numero, quæ non sunt una natura, sed diuersæ, sicut Socrates & hoc album. Vnum autem & ens non diuersas naturas, sed unam significant: hoc autem contingit dupliciter: Quædam enim sunt unum, quæ consequuntur se ad inuicem conuertibiliter, sicut principium & causa; Habemus igitur secundum beatum Thom. quòd principium & causa consequuntur se mutuo. Amplius Ari. 12. metaph. qui liber absolutissimus est, & finis totius philosophiæ tam naturalis, quàm diuinæ, tex. 23. clare fatetur causam & principium synonima esse, dicens. Quoniam autem non solum quæ insunt causæ, sed et eorum, quæ extra, ut puta mouens, palã quia alterum principium & elementum, causæ uero ambo, & in hæc diuiditur princium; manifestum est ergo secundum Arist. quòd principium dicitur de his de quibus & causa, & ita synonima sunt, & in illo textu, non est intentio Ari. ponere discrimen inter causam & principium, ut multi opinantur; sed inter causam & principium, ex una parte, & elementum ex altera; mouens enim principium est, & causa, non tamen elementum; Vnde omne elementum est principium & causa, sed non econtra.

Sed contra est authoritas Auerr. in eodem loco ubi ex intentione Aristo. dicit, quòd causa dicitur de omnibus, principium de extrinsecis, elementum de intrinsecis, & ideo dixit in physicis; quod dispositio scientiæ in omnibus artibus habentibus principia, & causas, & elementa, &c. Ad quod dicendum puto, quôd intentio Auer. in præsenti loco non est ponere discrimen inter causam & principium; sed inter ea, & elementum. & si dices ita sonant eius uerba, respondeo quod Auer. habet tres translationes textus (ut ipsemet testatur in commento) prima habetur in principio commenti, secunda ibi, in alia translatione inuenimus loco huius. Manifestum est quòd principium & elementum sunt alia, & causa utriusque. idest, manifestum est quôd principium differt ab elemento, & quòd hoc nomen causa dicitur de utroque, sic & principium diuiditur in duo; ecce quòd principium dicitur de intrinsecis & extrinsecis, sicut causa; & in tertia translatione, & dicitur siue diuiditur principium in istis &c. Et sequitur Auerroys & manifestum est, quòd intendebat demonstrare per hunc sermonem quòd hoc nomen principium commune est eis; ergo secundum intentionem Auerroys sequendo ueras & bonas translationes, principium & causa sunt nomina synonima;

nes mutuo se consequuntur, & ideo in tex. illo infert tria esse elementa secundum analogiam. Causae autem & principia quatuor .s. materia, forma, efficiens, & priuatio: nō facit autem mentionem de causa finali, quia finis non est principium, nisi secundum quod est in intentione mouentis. in principio etiam 12. dicit, nam substantiarum principia & causae quaeruntur: multa alia loca possunt adduci, quae dimittimus breuitatis causa, & hoc non uiderunt moderni in suis contradictionibus. hinc patet quod Arist. in diffinitione naturae, dixit naturam esse principium & causam.

Contra hanc intentionem argumentatur Simp. commentatione prima inquiens, non aeque causa & principium dicuntur, sed omnis causa principium est, principium autem rei ceu uiae actionisq; principium, causa minime dicitur. Amplius beatus Thom. dicit quod aliquid potest esse principium, quod non est causa, sicut id unde incipit motus, & punctus est principium lineae, non tamen causa. Amplius argumentantur nonnulli, priuatio dicitur principium, non tamen causa; Quapropter principium & causa non mutuo se consequuntur: amplius Auer. com. primo dicit, quod nomina synonima non usitantur in doctrina demonstratiua, Respondetur quod eo modo quo principium motus dicitur principium

eo modo dicitur causa; & punctus dicitur causa lineae, saltem continuatiua, aut sine qua non. Priuatio quoque dicitur causa per accidens sicut & principium.

Ad dictum Auer. respondetur quod synonima sunt plura nomina uni indita rei, haec autem usitantur in doctrina demonstratiua, etiam secundum Auerr. 10. metaph. com. 5. ubi habet quod Auicenna ignorauit differentiam inter hoc nomen unũ, quod significat principium numerorum, quod est in quantitate, & hoc nomen unum, quod est synonimum huic nomini ens; & in 5. disputatione contra Algazel. in solutione tertij dubij dicit, quod esse & uerum nomina synonima sunt, & tamen usitantur in scientia diuina, quae est doctrina demonstratiua. Amplius primo poste. com. 5. exponens illud dictum Arist. Iam enim dico idem primum & principium; dicit quoniam non est differentia inter dictum nostrum prima, & dictum nostrum principia, propterea quod sunt ambo nomina synonima, idest significantia intentionem unam. Praeterea Aristo. 2. physic. loquens de fine, uocat eum, & finem, & gratia cuius; causa quoque agens, uocatur agens, & unde motus; forma etiam dicitur forma, ratio, exemplar, & quod quid erat esse; superficies dicitur superficies, & planum. Hoc etiam modo causa, dicitur causa, & principium, & ideo falsum

intelligere non refertur ad diffinitionem, neq; ſcire ad demonſtrationem; ſed hæc duo tantum ſignificant unum illorum, & ſumuntur pro cognitione in ſe, quæ limitatur & contrahitur ad uerum ſcire per additionem appoſitam. Cognoſcere enim circa omnes methodos, quarum ſunt principia &c. quod fit ex illorum cognitione eſt ſcire ſimpliciter.

Magnus etiam commentator com. 1. dicit contra Alex. quòd nomina ſynonyma non uſitantur in ſcientia demonſtratiua: qua de re intelligere & ſcire, ſiue ſcientia, & certitudo non ſunt noĩa ſynonima. Ad hoc dicemus ſtatĩ ubi erit ſermo de prĩcipio, cauſa, & elemẽto.

Quid ſit methodus

Quid autem methodus ſit declarare oportet breuibus tamen uerbis; nolo enim recenſere omnia eius ſignificata, Eſt igitur in propoſito methodus cognitio cum ratione habita, ſiue proceſſus ad aliquod cognoſcibile cum quadam uia rectè, riteq; ordinata; hæc autem uidetur eſſe communior ſcientia ſpeculatiua, nam quædam dicitur eſſe cum cauſa, & quædam ſine cauſa de illa quæ eſt cum cauſa loquitur Ariſto. in hoc loco; & quia methodus communior eſt, ideo Ariſtoteles adiecit, circa omnes methodos, quarum ſunt principia, aut cauſæ &c. & ita contrahitur ad ſcientias ſpeculatiuas. Hinc patet quantum defecerit Auer.

Deffectus Auer.

qui per methodum, aut per uiam intellexit scientias speculatiuas; nam si ita eßet oporteret legere textum hoc modo, circa omnes artes speculatiuas, quarum sunt principia, aut causæ &c. quod absurdum est. Non enim sunt actus speculatiui nisi habeant principia, aut causas. Dictum etiam Auer. quod considerans in eis, scilicet, in scientijs speculatiuis uadit à determinatis rebus ad res determinatas per res terminatas, non solum uerum est in artibus speculatiuis; sed etiam in omnibus artibus tam actiuis quam factiuis. Vnde Aristoteles undecimo metaph. scribit, quòd omnis scientia principia quædam circa unumquodque eorum, quæ sub se cadunt, atque causas quærit, ut medicina, atque quæcunque aliæ effectrices.

Principia aut causæ, aut elementa. Per hoc disiunctum Arist. intellexit medium propter quid, quocunque nomine nominetur siue principium, siue causa, siue elementum: & hoc est quod Aristo. dixit 1. posterio. Scire est rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa &c. ubi per causas intelligit cõmune quid ad principiũ, causam, et elementum, quod idem est, quod propter quid & in illo loco loquitur ut logicus, qui cum non poßit facere discrimen inter illa, communi nomine omnia, causas uocauit: in præsenti uero loco, ubi ut philosophus

loquitur, & demonstrator rerum, sequitur id quod sibi & alijs philosophis placuit; multi enim uidentur ponere differentiam inter principia & elementa, quorum unus ipse est, ut patebit infra. Si enim causas tantum dixisset, uisus fuisset excludere elementa, & econtra. Voluit ergo accipere propositionem communem, & ab omnibus concessam quæ est synonima huic; in omni methodo cuius est inuenire medium propter quid scientia fit ex illius medij cognitione; hæc communis est omnibus, nam in principio sermonum non oportet omnia in dubium reuocare, ubi suppositis dictis communibus potest propositum declarari, ut scribit Doctor subtilis in quarta questione sui quolibeti. Hæc dicta sint circa maiorem propositionem.

Confirmõ maioris.

Maior propositio confirmatur. Tunc enim arbitramur unoquoq; cognoscere &c. Obseruandum est quòd hæc tria differunt inter se secundum Alex. referente Simplic. Etenim Alexan. inquit hæc inuicem differre, eo quòd principium quidem dicitur ipsum propriè efficiens, unde est principium motus, causa uero dicitur id cuius gratia & forma, quippe in his, quæ natura sunt forma, & id cuius gratia, elementum autem est id quod inest, ac rei intimum est, ceu materia. Pro intelligentia opinionis Alex. annotandum est hæc tria

Declaratur opinio Alexan.

ſcilicet Principium, Cauſam, & elementum eſſe nomina analoga, quæ prius dicuntur de uno ſignificato, q̄ de alio, ut notum eſt: Principium ergo proprie dicitur de agente, quod eſt agens in rei ueritate, ad differentiam finis, qui agit metaphorice, & ſecundum ſimilitudinem. Ideo Auer. referens mentem Alex. dixit quòd per principia intellexit cauſas agentes, & id eſt, mouentes. ſ. proprie, ſiue in rei ueritate, illa enim motio nobis manifeſta magis eſt. Cauſa uero primo dicitur de fine, & ratione identitatis dicitur de forma. Elementum uero primo dicitur de materia deinde de forma. Sed contra Alexandr. ſic argumentatur Simplic. Id cuius gratia cum ſit finis & prorſus principium erit, & magis proprie principium quam efficiens, & maxime ſecundum eos, qui aiunt immobilem, & primam cauſam omnium eſſe finem; ſed non efficiens, quam & cunctarum rerum principium eſſe confitentur; ſiquidem affirment ipſam eſſe omnium maxime primum. Item, quomodo aiunt ſolam materiam eſſe elementum? ſiquidem putent compoſitum conſtare materia & forma. Nam & ſi forma finis rationem ſubit, magis tamen elementi rationem participat. Soluuntur ea, quæ fert Simpl. contra Alex. per hoc, quôd principium dicitur de fine non tamen primó. ſed eſt primó cauſa, eſt enim cauſa cauſarum. Ad

Simp. contra Alex.

Solutio argumento. Simplic.

uatione & quatuor causis. Vult ergo quód priuatio dicatur principium, & non causa. In primo autem com. primi physico. uidetur sequi Alexa. ut notauit Mar. Antonius Zimara the. 84. ubi inquit ista nomina principium, causa, & elementum, ut scribit com. in 1. physico. commento 1. quandoq; sumuntur communiter, & quandoq; proprie; communiter autem sumpta confunduntur ad inuicem, ita quód causa communiter stat pro omni causa in quocunque genere causante, & similiter principium & elementum. Tamen quando sumuntur propriè, causa stat pro causa finali; nam finis est causa causarum ex secundo physico. nam causalitas finis est incausata. Principium autem propriè dicitur de agente & mouente causa. Vnde Aristo. ubique locorum ubi describit causam efficientem, dicit quod est principium unde motus: de ratione enim principij est primum esse, ut dicit Ari. in principio quinti metaph. & quia causa efficiens in esse reali præcedit omnem aliam causam (licet enim finis in intentione, & quo ad causalitatem præcedat causalitatem agentis, sed quo ad esse est opposito modo) appropriate nomen principij attribuitur causæ agenti, & mouenti. Differentia autem inter mouens & agens nota est ex primo de generatione & corruptione in tex. com. 43. & infra, quia omne agens est mouens & nō Zimar.

econuerso. Elementum autem appropriatur causis intrinsecis praecipue tamen materiae. Defecit tamen uir ille uolens ostendere rationem principij prius conuenire agenti quàm fini, & dicit; licet enim finis in intentione, & quo ad causalitatem praecedat causalitatem agentis, tamen quo ad esse est opposito modo; Sed contra ipsum instatur. Quia si finis praecedit causam agentem in causalitate, ergo & in ratione principij patet consequentia quinto metaphi. tex. primo. Omnes enim causae principia sunt & econtra, ut patebit infra; nisi forte intelligat, quòd causa agens praecedit in ratione principij mouentis in esse reali finem, finis uero praecedit causam agentem in ratione principij mouentis metaphorice. In duodecimo autem metaphi. com. 23. uidetur dicere oppositum, ubi inquit. Et dixit hoc, quia causa dicitur de omnibus, principium autem de extrinsecis, elementum uero de intrinsecis; Vnde merito increpandus est Auer. de modica sollicitudine circa nomina: Vt ipse perperam increpat diligentissimum praeceptorem suum circa nomina: Sed de his infra dicemus.

Contra Zimarã.

Sed quicquid sit de istis magnis uiris, ego dicerem cum Porphyrio (saluo semper meliori iudicio) quòd principium & causa apud Arist. sunt nomina synonima; & quod ita sit, manifestum est ex 5. metaphis.

textu primo ubi postq; quot modis dicatur principium exposuit, totidem causam dici ait, & rationem apponit dicens; Omnes enim causæ principia sunt. Responderet forte quispiam & diceret, uerum esse, quòd omnis causa est principium, non tamen mutuo se consequuntur, ita quòd omne principium sit causa, priuatio enim principium est, non tamen est causa; Hoc nihil ualet, quoniam Ari.4.metaph.tex.3.dicit, quòd ens & unum dicunt eandem naturam; & reddens causam adiecit, quia mutuo se consequuntur, ut principium & causa, sed non ut una ratione ostensa; Si ergo principium & causa non mutuo se consequerentur, probatio Arist. nulla esset. Vnde Alex.in expositione illius tex. ita scriptum reliquit. Dicit porrò perinde unum & ens esse idem, ut principium & causa idem sunt. Nam quemadmodum hæc inter se consequuntur, ac de eodem prædicantur, sic item unum & ens: Principium enim idem est atq; causa, & causa idem atque principium, alia tamen est ratio, quâ principium dicitur, alia quâ dicitur causa: Dicitur enim principium quatenus primum est eius, cuius est principium, & quatenus existunt ea, quorum est principium, causa uero quatenus propter ipsam est id, cuius est causa; Aliud autem est id ex quo, aliud id propter quod. Et beatus Thomas exponens eundem textum

Sed contra est authoritas Auerr. in eodem loco ubi ex intentione Aristo. dic t, quòd causa dicitur de omnibus, principium de extrinsecis, elementum de intrinsecis, & ideo dixit in physicis; quod dispositio scientiæ in omnibus artibus habentibus principia, & causas, & elementa, &c. Ad quod dicendum puto, quôd intentio Auer. in præsenti loco non est ponere discrimen inter causam & principium; sed inter ea, & elementum. & si dices ita sonant eius uerba, respondeo q́ Auer. habet tres translationes textus (ut ipsemet testatur in commento) prima habetur in principio commenti, secunda ibi, in alia translatione inuenimus loco huius. Manifestum est quòd principium & elementum sunt alia, & causa utriusque. idest, manifestum est quôd principium differt ab elemento, & quòd hoc nomen causa dicitur de utroque, sic & principium diuiditur in duo; ecce quòd principium dicitur de intrinsecis & extrinsecis, sicut causa; & in tertia translatione, & dicitur siue diuiditur principium in istis &c. Et sequitur Auerroys & manifestum est, quòd intendebat demonstrare per hunc sermonem quòd hoc nomen principium commune est eis; ergo secundum intentionem Auerroys sequendo ueras & bonas translationes, principium & causa sunt nomina synonima;

tiæq; mutuo se consequuntur, & ideo in tex. illo infert tria esse elementa secundum analogiam. Causæ autem & principia quatuor .s. materia, forma, efficiens, & priuatio: nõ facit autem mentionem de causa finali, quia finis non est principium, nisi secundum quod est in intentione mouentis. in principio etiam 12. dicit, nam substantiarum principia & causæ quæruntur: multa alia loca possunt adduci, quæ dimittimus breuitatis causa, & hoc non uiderunt moderni in suis contradictionibus: hinc patet quod Arist. in diffinitione naturæ, dixit naturam esse principium & causam.

Contra hanc intentionem argumentatur Simp. commentatione prima inquiens, non æque causa & principium dicuntur, sed omnis causa principium est, principium autem rei ceu uiæ actionisq; principium, causa minime dicitur. Amplius beatus Thom. dicit quod aliquid potest esse principium, quod non est causa, sicut id unde incipit motus, & punctus est principium lineæ, non tamen causa. Amplius argumentantur nonnulli, priuatio dicitur principium, non tamen causa; Quapropter principium & causa non mutuo se consequuntur: amplius Auer. com. primo dicit, quod nomina synonima non usitantur in doctrina demonstratiua, Respondetur quod eo modo quo principium motus dicitur principium

eo modo dicitur causa; & punctus dicitur causa lineæ, saltem continuatiua, aut sine qua non. Priuatio quoque dicitur causa per accidens sicut & principium.

Ad dictum Auer. respondetur quod synonima sunt plura nomina uni indita rei, hæc autem usitantur in doctrina demonstratiua, etiam secundum Auer. in 10. metaph. com. 5. ubi habet quod Auicenna ignorauit differentiam inter hoc nomen unũ, quod significat principium numerorum, quod est in quantitate, & hoc nomen unum, quod est synonimum huic nomini ens; & in 5. disputatione contra Algazel. in solutione tertij dubij dicit, quod esse & uerum nomina synonima sunt, & tamen usitantur in scientia diuina, quæ est doctrina demonstratiua. Amplius primo poste. com. 5. exponens illud dictum Arist. Iam enim dico idem primum & principium; dicit quoniam non est differentia inter dictum nostrum prima, & dictum nostrum principia, propterea quod sunt ambo nomina synonima, idest significantia intentionem unam. Præterea Aristo. 2. physic. loquens de fine, uocat eum, & finem, & gratia cuius; causa quoque agens, uocatur agens, & unde motus; forma etiam dicitur forma, ratio, exemplar, & quod quid erat esse; superficies dicitur superficies, & planum. Hoc etiam modo causa, dicitur causa, & principium, & ideo falsum

uidetur dictum Auer. & contra primum magistrum Verum quòd nomina synonima sunt in duplici differentia; quædam enim sunt, quæ idem significant secundum rem, & secūdum rationem, & quicquid significat unum de consueto modo loquendi significat & aliud, ut tunica & uestis: & spata, & ensis; & ista non usitantur in scientijs demonstratiuis; Alia uero sunt, quæ idem significant secundum rem, sed non secundum rationem, ut ens & unum, ens & uerum, ens & bonum, principium & causa, & ista frequenter usitantur in scientia demonstratiua. Obseruandum etiam est, quòd nomina synonima idem significantia secundum rem, & secundum eandem rationem aliquando usitantur in scientia demonstratiua dummodo sint nomina diuersorum authorum, & quando unum est expositiuum alterius, & sic patet solutio ad dictum Auer.

Rectior est itaque (ut mihi uidetur) sententia Porphirij; qui & si non adeo fuerit notus inter philosophos ut inquit Auer. in suis disputationibus, in hac tamen re meo iudicio habuit intentionem Ari. præterea, argumentatur sic, nomina synonima non usitātur in scientia demonstratiua, ergo principium & causa non sunt synonima. Dixit Aristot. cum causas primas cognoscimus & prima principia usque ad elementa. Per pri-

mas

mas causas intelligit causas proprias & propinquas; idem dico de primis principijs, & quod ita sit, probatur quia Arist. primo post. tex. 5. dicit, ex primis autem est, quod ex proprijs principijs est, iam enim dico idem primum & principium. Quando ergo scimus causas proprias alicuius rei, tunc arbitramur illam rem perfecte cognoscere, & quia principium & causa ab elemento differunt, ut dictum est supra; quis forte dubitaret, quòd ad cognitionem perfectam non sufficiat cognitio propriarum causarum, sed necessariò requiritur ulterior inuestigatio propriorum elementorum, quandoquidem hæc inter se differunt; ideo Aris. huic quæstioni respondet, dicens hoc esse uerum, scilicet, quòd necessariò requiritur inuestigatio per diuisionem propriorum elementorum; obid adiecit usque ad elementa; & hoc est quod nobis ostendit Arist. 2. de physic. auditu tex. 27. cum dicit; Scire autem non opinamur ante unumquodque, quàm utique accipiamus propter quid, hoc autem est accipere primam causam; ubi beatus Thom. cæteriq; boni expositores per primam causam intelligunt proximam causam, per quam perfecte scimus.

Amplius confirmatio maioris propositionis intentioni illius correspondere debet; sententia autem maioris propositionis talis est, quod cognitio perfecta rei

habentis propter quid sit ex illius cognitione; propter quid autem dicitur esse medium in demonstratione; at demonstratio procedit ex proprijs causis, ergo per primas causas intelligere debemus proprias causas. Et pro maiori intelligentia obseruandum est; quod alius est ordo sciendi rem perfecte, saltem in genere, & alius est ordo tradendi disciplinam; & hi ordines differunt inter se in multis; primus enim procedit a proprijs, secundus uero a communibus; primus ordo habet pro suo fine scire rem perfecte, & hoc est primum in intentione; & ultimum in executione; secundus uero habet pro suo fine tradere disciplinam; principium primi ordinis est principium rei, siue id, quod magis notum est secundum naturam; principium autem secundi ordinis est id quod est magis nobis notum; Unde Arist. 5. metaph. tex. primo dicit, quod principium aliquando dicitur esse id unde optime fit unumquodque, ut in doctrina, non a primo rei principio aliquando inchoandum est, sed unde quis facilime addiscet. De primo ordine pulchre loquitur Arist. poster. primo ubi docetur ordo sciendi ex primis, ueris, & immediatis; De secundo autem ordine loquitur in secundo textu huius prohemij, in quo aperit uiã per quam eundum sit in cognitionem principiorum rerum naturalium. Quantum autem ad illa uerba, quae

ſunt circa principia ſcientiæ quæ de natura eſt, attinet; obſeruandum eſt ſecundum Sorticulas, quòd ſcientiam habere principia contingit dupliciter, uno modo ſecundum denominationem intrinſecam, & hoc pacto ſcientia non habet principia, ſiue elementa; quandoquidem ſcientia dicatur eſſe forma quædam ſimplex, cuius non poteſt eſſe materia ex qua, quicquid ſit de materia in qua, uel circa quam. Alio modo ſecundum denominationem extrinſecam, & hoc modo ſcientia naturalis dicitur habere principia, & elementa, pro quanto eſt de rebus habentibus principia, & elementa. Hæc dicta ſint circa primum textum.

Innata autem eſt ex notioribus nobis uia, & manifeſtioribus, ad manifeſtiora naturæ, & notiora: non enim ſunt eadem & nobis nota, & ſimpliciter; quapropter neceſſe eſt ad hunc modum procedere ex immanifeſtioribus naturæ quidem, nobis autem, manifeſtioribus, ad manifeſtiora naturæ, & notiora. Tex. 2.

Hoc in loco Ariſto. docet nos uiam, qua procedendum ſit ad cognitionem principiorum, & elementorum rerum naturalium. Nam fruſtra nobis finem oſtendiſſet, niſi & uiam daret, quà poſſemus illum conſequi; hæc autem quæ procedit a facilioribus, cõmunis eſt tam ſcientijs, quàm artibus: hæc autem uia incipit a notioribus: nullus enim addiſcit ſumendo exordiũ èx his, quæ ei

ignota sunt, sed nota: Unde Sosigenes ex his, quæ erãt Alexandro nota, ipsi nota reddidit, quæ naturæ cognita sunt. Inchoandum est ergo ab his quæ a discentibus facilius percipiuntur; & ideo Aristote. in prædicamentis dedit nobis cognitionem qualitatis per quale, tanquam per posterius, & notius: & in cognitione principiorum rerum naturalium procedit ex quibusdam communibus, omnibus fere notis; artifices quoque inde sumunt initium suorum operum, unde facilius perficiuntur: ob id in 6. metaph. tex. 10. disputaturus Arist. de quidditatibus dat præceptum universale inquiens. Opere precium est enim ex notioribus nobis ad notiora simpliciter proficisci, discunt enim omnes hoc modo, ex minus notis naturæ ad magis nota proficiscentes, atq; ut in rebus agendis hoc opus est, ut ex hisce quæ cuiq; bona sunt, ea, quæ sunt omnino bona efficiantur. Sic ex cuiq; notioribus, ea, quæ sunt nota naturæ cuiq; efficienda sunt nota; ea uero quæ singulis nota primaq; sunt parum persæpe sunt nota, & parum aut nihil ueritatis nimirum habent; Attamen ex bisce quæ parum quidem sunt nota, ipsi autem nota: enitendum est ea quæ omnino sunt nota cognoscere. Argumentum ergo Aristo. est a simili in rebus agendis Nam sicut ex uictoria huius militis, quæ est ei bonum,

& uictoria alterius colligitur bonum simpliciter, scilicet uictoria totius exercitus, ut tandem hoc bonum simpliciter fiat unicuiq; bonum, ita ex his, quæ & mihi, & tibi nota sunt, & uera, intendum est inferre ea, quæ simpliciter nota sunt, & uera; ut tandem ea, quæ sunt uera simpliciter, fiant mihi, & tibi uera: Argumentum est igitur a simili in rebus agendis. Ex his igitur, quæ primo nobis nota sunt, procedendum est ad nota naturæ; & ideo Arist. in 12. metaph. intendens persoluere illud problema difficillimum motum in tertio metaphi. Vtrum eadem sint principia omnium, an aliorum alia, incœpit a principijs substantiæ sensibilis, generabilis, & corruptibilis, tanquam a nobis magis notis. Obseruandum tamen est, quòd aliquando accidit huic uiæ, quòd ea, quæ nobis notiora uidentur, sunt etiam notiora simpliciter. Rursus obseruandum est, quòd notiora naturæ dicuntur esse, aut quia sunt priora in esse, ut sunt principia, & elementa, de quibus Aristote. text. tertio; aut quia sunt perfectiora entia, & ex consequenti secundum naturam magis nota, secundo metaphi. sicut res se habet ad esse, ita ad cognoscibilitatem; aut quia ab illis natura incipit operari, ut dicit Auerro. com. tertio, aut quia sunt remota a sensibus ut Aristote. dicit primo poste. propinquiora sensui

ſunt nobis magis nota, quæ uero longius ſunt, magis nota naturæ. Inſtrumenta autem huius uiæ ſufficienter enumerata ſunt ab Auer. in ſuo prohemio.

Tex. 2. Sunt autem primum nobis dilucida, ac manifeſta confuſa magis, poſterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia his, qui diuidunt ipſa.

Iacto illo fundamento quòd inchoandum ſit a nobis notioribus, ſubſumit duas minores, quarum altera eſt: ſunt autem primum nobis manifeſta confuſa, ideſt, compoſita, ſiue indiſtincta, deberet autem concluſio ſequi: Quapropter ex compoſitis ad elementa, & principia procedendum eſt. Altera uero minor; communia ſunt nobis magis manifeſta: quia de re ex communibus ad particularia procedendum eſt. Et pro intelligentia dicendorum, obſeruandum eſt, quòd & ſi compoſitum ſit nobis notius, quàm elementa, ſiue principia, quæ poſterius innoteſcunt nobis per diuiſionem, ideſt, accipiendo operationes diuiſas, ut aliqui interpretantur, quarum altera arguit formam, altera uero materiam. Nam philoſophi poſuerunt ſignum formæ ex operationibus, & ſignum materiæ ex tranſmutationibus, ut inquit Auer. in tertia diſpu. contra Algaz. ſiue ut alijs placuit, reſoluendo compoſitum in duo, per tranſmutationem; in qua forma corrumpitur, & materia induit aliam for-

mam: attamen compositum non est per se notum in naturali philosophia, sed probatur per transmutationem, ut recte scripsit Auer. in principio de substantia orbis. Vbi ita scribit, determinatum est ergo corpus cœleste componi ex duabus naturis, sicut generabilia & corruptibilia corpora, sed tamen in istis fuit declaratum has duas naturas esse per generationem & corruptionem in eis inuentas; in cœlestibus autem per motum localem, ob id recte dixit Simpl. simplicia mente comprehendi possunt, idest, per ratiocinationem, & ideo Aue. comen. 51. primi physi. inquit & demonstratum est corpus esse compositum & non simplex, alteratio enim contrariorum inuicem coegit oēs credere, quòd omnia corpora sunt cōposita, non simplicia, & ꝙ in eis sunt aliqua plura uno, & maxime prima corpora. s. quatuor elementa. Cum igitur compositio corporum ex elementis pendeat ex quibusdam principijs, cuiuscemodi sunt hæc: Omnes quodammodo faciunt principia contraria, & contraria non sufficiunt in generatione rerum naturalium, & ideo in transmutatione contrariorum necessariò aliquid subijcitur. Et quòd contrarium non transmutatur in contrarium: hinc manifestatur compositio corporum, & ob hanc causam relictis compositis dixit incohandum esse a quibusdam principijs fere communibus

omnibus philosophantibus insitiens.

Tex. 4. Quapropter ex uniuersalibus siue ex communibus ad singularia procedere oportet.

Expositio Et inquisitione dignum est quae sint ista communia. Respondeo quòd in hoc sunt mille hominum sententiae; Nam aliqui animaduertentes ad documentum Arist. scilicet, quod ab uniuersalibus ad particularia &c. & uidentes Arist. procedere a quaestionibus uniuersalibus ad particulares, ideo dixerunt quòd ista uniuersalia sunt quaestiones uniuersales. Quaestio enim communis habet rationem confusi, & indistincti: utputa necesse est unum aut plura esse principia, & si unum; aut immobile, ut Parmenides & Melissus dicere uidentur; aut mobile ut Physici; si autem plura uel numero finita, uel infinita; si finita aut tria, aut quatuor, si tria aut secundum Platonem, aut secundum uiam ueritatis, si uero infinita uel eiusdem generis uel genere opposita; Cum igitur Aristo. posito illo communi documento, procedat a quaestione communi ad quaestiones particulares, ideo consentaneum est rationi referre uniuersalia ad quaestiones uniuersales; sed contra quis obijcere posset. Si incipiendum est a quaestionibus communibus, & communior est haec quaestio; an sint principia rerum naturalium nec ne, ideo incipiendum erat ab hac quaestione. Re

spondet

ſpondet Simplic. quòd non in omnibus quæſtionibus quæritur ſi eſt, ſed in quibus illud in dubium reuocatur. Quòd autem ſint principia rerum naturalium cuncti ferè philoſophi conſentiunt & quæ nam ſint inquirunt. Alij uero per uniuerſalia ſiue cōmunia intelligūt quaſdam dignitates cōmmunes, ut puta de quolibet eſſe uel non eſſe; & ſi ab æqualibus æqualia demas &c. Hæc enim uniuerſalia ſunt nobis magis nota, & habet rationem totius quandoquidem multas ueritates particulares contineant; hæc uidetur eſſe mens Alex. ut refert Simpl. inquiens. Alex. autem inquit Ariſt. potuiſſe nunc dicere quædam uniuerſalia ipſas dignitates, quibus utimur ad omnia, quæ demonſtrantur, eo quòd manifeſta ſunt, & nulli eorum quæ demonſtrantur per ipſas ſunt propriæ; quales ſunt de omni re affirmatio uel negatio. Et ſi ab æqualibus æqualia &c. hæc enim eo quod multis ſunt utilia, uniuerſalia appellantur & unumquodque quod demonſtratur ab ipſis continetur. Et ideo ab iſta communi dignitate: de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe, incœpit Ariſtote. Neceſſe eſt unum aut plura eſſe principia, quod huic æquipollet: Neceſſe eſt unum eſſe principium uel non unum; Hoc enim neceſſariò accidit propter rationem contradictionis, quæ ſecundum ſe non patitur medium primo poſteriorum,

mens igitur Alex. fuit, ut ego sentio (saluo semper meliori iudicio) quòd non solum a quaestionibus communibus ut dicit prima opinio inchoandum sit, sed ab hac communi dignitate; De quolibet esse, a qua pendet uis quaestionis; amplius, a quibusdam alijs communibus, & notis philosophantibus, ut puta principia sunt contraria, & contrarietati aliquid subijcitur, quòd praecedere oporteat; Nam ab istis communibus seriatim procedens demonstrat Aris. quae sint ista principia, & quot sint, haec autem opinio mihi uidetur consona dictis Aristot. Et ratio est quoniam Aris. primo physi. tex. 42. ubi incipit quaerere ueritatem de principijs, ponit unum uniuersale principium inquiens: Omnes igitur contraria principia faciunt; & in tex. 48. Omnes elementa & ab ipsis uocata principia & uerè sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa ueritate coacti: Quo fundamento posito procedit ad numerum principiorum in tex. 5. ubi inquit, quòd quidem igitur contraria oportet esse principia manifestum est, consequens autem utique erit dicere, utrum duo, aut tria, aut plura sint. Deinde posito alio principio communi. s. quòd contraria non sufficiant ad hoc quòd ex eis generetur res, infert necessitatem materiae in textu 53. unde si aliquis & priorem putabit esse ueram rationem, & hanc, neces

sarium est si debet saluare ipsas subesse quoddam tertium. Ex his autem descendit Aristo. ad trinitatem principiorum, & ad naturam primæ materiæ, ut patet legenti processum Arist. Amplius Arist. 12. metaph. inuestigaturus principia substantiæ sensibilis, generabilis, et corruptibilis, incœpit a tribus principijs cõmunibus, quæ sunt; omnis substantia sensibilis est mutabilis, omnis mutatio est ex oppositis aut medijs, & contrariũ non transmutatur in contrarium; ex his infert necessitatem materiæ, & trinitatẽ principiorũ, & ne uideamur loqui sine autoritate, ideo uerba Aris. subijciam in textu 6. illius 12. Vbi ita scribit, sensibilis uero substantia est mutabilis, siue autem mutatio est ex oppositis aut medijs, sed oppositis non omnibus; non album enim uox, sed ex contrario, necesse subesse quid mutabile in contrarietatem, non enim contraria transmutantur. Amplius hoc quidem manet, aliud uero contrarium non manet; est igitur aliquid tertium præter contraria, materia. Et licet in illa parte intentio sit Arist. tradere necessitatẽ subiecti, tamen procedens istis fundamentis manu ducetur in cognitionem trium principiorum in tex. 12. Vbi sic concludit tres uero sunt causæ, & tria principia, duo quidem contraria, cuius hoc quidem ratio & species, illud uero priuatio, tertium uero materia.

Amplius consentaneum est rationi, quòd intentio correspondeat processui. Intentio autem Arist. est inuestigare principia rerum naturalium, & procedit hoc pacto à communibus quaestionibus, & principijs. Praeterea ista communia ita se habent quòd sunt tota, indistincta, quandoquidem continent in se plures ueritates, quae sunt quasi partes illorum communium, nam ex illis principijs scitur quot sunt illa principia, & quae sunt, & multae aliae ueritates, ut optime sciunt ij, qui naturalia speculantur. Syllogismus ergo erit talis. Innata est nobis uia procedendi ex nobis notioribus, communia sunt nobis notiora, ergo ex communibus ad particularia procedendum est. Et obseruandum est quòd per communia non solum intelligenda sunt ea, quae dicta sunt, sed etiam duo illa principia in naturali philosophia, scilicet, plura entia esse, & motum esse. uerum quòd id quod refert Simplic. scilicet, quòd ex differentia eorum, quae sunt, ostendit Aristot. non esse unum principium, non uidetur esse uerum, sed ostendit plura entia esse: aliud est enim plura entia esse, & plura principia esse; quòd autem non sit tantum unum principium probauit Arist. in tex. quinquagesimo ubi dicit unum enim principium esse non potest, quia ipsa contraria non sunt unum. Defecit quoque Simplic. credens

Defectus Simplic.

quòd sit eadem uia, qua proceditur a compositis ad principia, & elementa; & a communibus ad particularia; quem sequitur Beatus Thomas contentus unico syllogismo. Immo relictis compositis tanquam non primo notis sequitur communia illa principia, inquiens; quapropter ex communibus ad singularia procedere oportet. Est & animaduertendum, quod ea quæ scribit Auerr. super hoc uerbo, uniuersalia, referens illa ad uniuersalißima, quæ poßunt inueniri in istis rebus rerum naturalium, scilicet, de causis & accidentibus, uera sunt, sed non tantum intelligit causas uniuersales, sed illa communia principia, de quibus iam dictum est. Vnde Arist. primo de physico auditu tex. 57. Est enim secundum naturam communia prius dicere; deinde circa unumquodq; propria speculari. Fuit igitur diminutus Auer. in sua expositione. Reprehendendus est etiam Sanct. Thomas qui ex mala interpretatione illius uerbi confusa idest magis uniuersalia, colligit, unde ex magis uniuersalibus ad singularia procedere oportet; in duobus iste magnus uir defecit; quorum alterum est in accipiendo ipsum uniuersale siue commune pro uniuersali in prædicando, quandoquidem ipsum uniuersale pōt referri ad prima principia, ad primas quōnes, ad q̄dam alia principia in nali philosophia, ut iam dictum est.

Reprehenditur S.T.

Defecit quoq; in interpretatione illius uerbi, confusa. nam illud uerbum debet referri ad composita, & non ad magis uniuersalia; quoniam comparat confusa ad principia & elementa ex quibus constãt illa confusa, inquiens Posterius autem ex his fiunt nota principia & elementa, Certum est autem quòd minus uniuersalia non sunt principia, neq; elementa magis uniuersalium, sed econuerso, ergo per confusa intelligenda sunt composita & indistincta.

Residuum quarti texti.

Totum enim secundum sensum notius est uniuersale autem totum quoddam est, multa enim comprehendit ut partes uniuersale.

Expositio

Quòd autem communia sint primò nobis nota probat argumento sumpto à sensu, qui pædagogus est ipsius intellectus, saltem in prima apprehensione; in quibusdam uero cognitionibus posterioribus quandoq; intellectus corrigit sensum, ut óptime deducit Doct. subti. in tertia distincti. primi, quæstione de synceris ueritatibus; quòd autem pædagogus sit ipsius intellectus probatur per hoc, quod Auer. dicit in 2. de anima, ubi dicit quôd causa, propter quam intellectus cum difficultate cognoscit differentias odorum, est quia sensus cum difficultate apprehendit eas, quia ergo totum secundum sensum notius est. igitur & secundum intellectum. Sic igitur argumen

tatur Aristo. Totum notius est, commune quoddam totum est, ergo commune notius est; quòd autem commune sit totum, patet, quia multa comprehendit ut partes.

Sustinent autem idem hoc quodammodo & nomina ad rationem totum enim quodammodo & indistinctè significant ut puta circulus, diffinitio autem ipsius diuidit in singularia. Tex. 5.

Expositio

Probat Arist. argumento a simili totum compositum ex partibus esse notius suis partibus; nam sicut se habet diffinitum ad diffinitionem siue ad partes diffinitionis; ita totum compositum ex partibus, ad partes; diffinitum autem nobis notius est, quam partes diffinitionis nam multis potest esse notum diffinitum quo ad quid nominis, quibus non sunt notæ partes diffinitionis, & ratio est, quia indistinctè, & confuse significat id, quod diffinitio distinctè. Diffinitio enim diuidit diffinitum in singulas partes; Manifestum est autem quòd cognitio confusa præcedit distinctam, ut patet de circulo, & eius diffinitione, nam constat ut nominis cognitio prompta exploratáque sit, at diffinitio minime; uerbi gratia hæc diffinitio; esse figuram planam, quæ una contineatur linea, ad quam uelut ad circumferentiam circuli omnes lineæ a centro incidentes porrectæ, sunt inter se æquales, non amplius cunctis explorata & expedita est, quæ cir-

culi singula tradit, & partes eius, & elementa explicat; & hoc exemplum proprie habet referri ad compositum ut recte notauit Simpl.

Residuum Tex. 5. Et pueri primum appellant omnes uiros patres, & fœminas matres, posterius autem determinant horum unumquodq;.

Expositio *Exemplum hoc uidetur esse appropriatum uniuersali & communi; nam omnis uir quoddam commune est & uniuersale, hic uir pars est illius uniuersalis: omnis fœmina quoddam uniuersale est, hæc fœmina singulare. Arguit igitur Arist. argumento etiam a simili. Sicut pueri in eorum cognitione procedunt a quodam communi ad particulare, ita & nos in nostra cognitione debemus ex quibusdam communibus principijs, omnibus ferè philosophantibus notis ad particularia quædam principia rerum naturalium descendere.*

AD LECTORES

SVNT hæc studiose, & optime Lector ea, quæ ad explicandam præfationem hanc in tuam gratiam excogitare potui; quæ si tibi arriserint Deo habenda gratia, a quo omne bonum, & optimum; q. si etiam grata fore cognouerimus, multò plura, maioraq; propediem pollicebimur. Sin minus, nō desunt in hoc florentissimo Gymnasio præstantissimi philosophi, qui nobis & ornatius, & facilius hæc eadem hoc anno præsertim explicauerunt. Nos sententiam tantummodo nostram protulimus, Tu uero probabiliorem tene, & Vale.

Sequitur Quæstio de primo cognito.

IOANNI DELPHINO PATRITIO VENETO

FRATER MAXIMIANVS BENIAMVS CREMENSIS S. D.

CVM uidissem interpretationem præstantissimi theologi Hieron. Gyrelli in prohemium physi. sub auspicijs nobilissimi eruditissimiq; Iacobi Suriani in lucem exituram, memoriæq; meæ succurisset apud me esse duo eiusdem quæsita, alterum de primo cognito, de cognitione singularis alterum; ingens facinus a me admissum arbitrarer, si ea sine his chalcographis traderetur edenda; aptissime appositissimeq; mihi fecisse uideor, quòd ea tibi nobilissimo, philosophiæq; studiosissimo, & Girelli utriusq; nostrum præceptoris amantissimo, nuncupauerim; idoneumq; tuis studijs munus existimaui. Nam cum te eius auribus fruentem uideo; Deum immortalem, quàm celeri calamo eius dicta excipis? Alexan. *crediderim sanè ne uerbum quidem posse excidere. Non possum non arbitrari quin apud te non sint hæc duo quæsita, sed non adeò absoluta, ut apud me sunt,*

non nulla enim praecibus meis obtusus ferè & enecatus addidit, aliqua mutauit, ut ex his, quae à me tibi dono afferuntur cognoscere poteris. Quae obsecro benigne, & humaniter accipias & me tui obseruantissimum amplectaris: Vale.

QVÆSITVM
DE PRIMO COGNITO
AD MENTEM
Aristotelis.

SVNT autem primum nobis dilucida ac manifesta, confusa magis, posterius autem, ex his nota fiunt elementa, et principia, his, qui diuidunt ipsa. Quapropter ex uniuersalibus ad singularia procedere oportet. Hæc propositio habetur in propria forma primo de physico auditu tex. 3. & 4.

Quanquam locus hic, & contextus præallegatus non satis commodus & oportunus ad inuestigationem ueritatis quæsiti de primo cognito, mihi uidetur; tamen quoniam maxima pars interpretum illud hoc in loco examinare consueuere; cum ijs sentiendum malui quam solus errare.

Et ut a uetustioribus exordiar; mens nonnullorum fuit dicentium Deum esse primum cognitum ab intellectu nostro, qui ob eius simplicitatem non distinguitur a cæteris obiectis, in hanc iuisse sententiam Alex. aphrodis. arbitror, qui in 2. de anima cap. 19. ubi de intellectu agente loquens, qui apud eum Deus est, ita scribit: Alexan.

sunt nobis magis nota, quae uero longius sunt, magis nota naturae. Instrumenta autem huius uiae sufficienter enumerata sunt ab Auer. in suo prohemio.

Tex. 2. Sunt autem primum nobis dilucida, ac manifesta confusa magis, posterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia his, qui diuidunt ipsa.

Iacto illo fundamento quòd inchoandum sit a nobis notioribus, subsumit duas minores, quarum altera est: sunt autem primum nobis manifesta confusa, idest, composita, siue indistincta, deberet autem conclusio sequi: Quapropter ex compositis ad elementa, & principia procedendum est. Altera uero minor; communia sunt nobis magis manifesta: qua de re ex communibus ad particularia procedendum est. Et pro intelligentia dicendorum, obseruandum est, quòd & si compositum sit nobis notius, quàm elementa, siue principia, quae posterius innotescunt nobis per diuisionem, idest, accipiendo operationes diuisas, ut aliqui interpretantur, quarum altera arguit formam, altera uero materiam. Nam philosophi posuerunt signum formae ex operationibus, & signum materiae ex transmutationibus, ut inquit Auer. in tertia dispu. contra Algaz. siue ut alijs placuit, resoluendo compositum in duo, per transmutationem; in qua forma corrumpitur, & materia induit aliam for-

mam: attamen compositum non est per se notum in naturali philosophia, sed probatur per transmutationem, ut recte scripsit Auer. in principio de substantia orbis. Vbi ita scribit, determinatum est ergo corpus cœleste componi ex duabus naturis, sicut generabilia & corruptibilia corpora, sed tamen in istis fuit declaratum has duas naturas esse per generationem & corruptionem in eis inuentas; in cœlestibus autem per motum localem, ob id recte dixit Simpl. simplicia mente comprehendi possunt, idest, per ratiocinationem, & ideo Aue. comen. 51. primi physi. inquit & demonstratum est corpus esse compositum & non simplex, alteratio enim contrariorum inuicem coegit oēs credere, quòd omnia corpora sunt cōposita, non simplicia, & ꝙ in eis sunt aliqua plura uno, & maxime prima corpora. s. quatuor elementa. Cum igitur compositio corporum ex elementis pendeat ex quibusdam principijs, cuiuscemodi sunt hæc: Omnes quodammodo faciunt principia contraria, & contraria non sufficiunt in generatione rerum naturalium, & ideo in transmutatione contrariorum necessariò aliquid subijcitur. Et quòd contrarium non transmutatur in contrarium: hinc manifestatur compositio corporum, & ob hanc causam relictis compositis dixit incohandum esse a quibusdam principijs fere communibus

omnibus philosophantibus inquiens :

Tex. 4. Quapropter ex uniuersalibus siue ex communibus ad singularia procedere oportet.

Expositio Et inquisitione dignum est quæ sint ista communia. Respondeo quòd in hoc sunt mille hominum sententiæ; Nam aliqui animaduertentes ad documentum Arist. scilicet, quod ab uniuersalibus ad particularia &c. & uidentes Arist. procedere à quæstionibus uniuersalibus ad particulares, ideo dixerunt quòd ista uniuersalia sunt quæstiones uniuersales. Quæstio enim communis habet rationem confusi, & indistincti: utputa necesse est unum aut plura esse principia, & si unum; aut immobile, ut Parmenides & Melissus dicere uidentur; aut mobile ut Physici; si autem plura uel numero finita, uel infinita; si finita aut tria, aut quatuor, si tria aut secundum Platonem, aut secundum uiam ueritatis, si uero infinita uel eiusdem generis uel genere opposita; Cum igitur Aristo. posito illo communi documento, procedat a quæstione communi ad quæstiones particulares, ideo consentaneum est rationi referre uniuersalia ad quæstiones uniuersales; sed contra quis obijcere posset: Si incipiendum est a quæstionibus communibus, & communior est hæc quæstio; an sint principia rerum naturalium nec ne, ideo incipiendum erat ab hac quæstione. Re

spondet

ſpondet Simplic. quòd non in omnibus quæſtionibus quæritur ſi eſt, ſed in quibus illud in dubium reuocatur. Quòd autem ſint principia rerum naturalium cuncti ferè philoſophi conſentiunt & quæ nam ſint inquirunt. Alij uero per uniuerſalia ſiue cōmunia intelligūt quaſdam dignitates cōmmunes, ut puta de quolibet eſſe uel non eſſe; & ſi ab æqualibus æqualia demas &c. Hæc.n. uniuerſalia ſunt nobis magis nota, & habet rationem totius quandoquidem multas ueritates particulares contineant; hæc uidetur eſſe mens Alex. ut refert Simpl. inquiens: Alex. autem inquit Ariſt. potuiſſe nunc dicere quædam uniuerſalia ipſas dignitates, quibus utimur ad omnia, quæ demonſtrantur, eo quòd manifeſta ſunt, & nulli eorum quæ demonſtrantur per ipſas ſunt propriæ; quales ſunt de omni re affirmatio uel negatio. Et ſi ab æqualibus æqualia &c. hæc enim eo q; multis ſunt utilia, uniuerſalia appellantur & unumquodque quod demonſtratur ab ipſis continetur. Et ideo ab iſta communi dignitate: de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe, incœpit Ariſtote. Neceſſe eſt unum aut plura eſſe principia, quod huic æquipollet: Neceſſe eſt unum eſſe principium uel non unum; Hoc enim neceſſariò accidit propter rationem contradictionis, quæ ſecundum ſe non patitur medium primo poſteriorum,

mens igitur Alex. fuit, ut ego sentio (saluo semper meliori iudicio) quòd non solum a quæstionibus communibus ut dicit prima opinio inchoandum sit, sed ab hac communi dignitate; De quolibet esse, a qua pendet uis quæstionis; amplius, a quibusdam alijs communibus, & notis philosophantibus, ut puta principia sunt contraria, & contrarietati aliquid subijcitur, quòd præcedere oporteat; Nam ab istis communibus seriatim procedens demonstrat Aris. quæ sint ista principia, & quot sint, hæc autem opinio mihi uidetur consona dictis Aristot. Et ratio est quoniam Aris. primo physi. tex. 42. ubi incipit quærere ueritatem de principijs, ponit unum uniuersale principium inquiens: Omnes igitur contraria principia faciunt; & in tex. 48. Omnes elementa & ab ipsis uocata principia & uerè sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa ueritate coacti: Quo fundamento posito procedit ad numerum principiorum in tex. 5. ubi inquit, quòd quidem igitur contraria oportet eße principia manifestum est, consequens autem utique erit dicere, utrum duo, aut tria, aut plura sint. Deinde posito alio principio communi. s. quòd contraria non sufficiant ad hoc quòd ex eis generetur res, infert neceßitatem materiæ in textu 53. unde si aliquis & priorem putabit esse ueram rationem, & hanc, neces

sarium est si debet saluare ipsas subesse quoddam tertium. Ex his autem descendit Aristo. ad trinitatem principiorum, & ad naturam primæ materiæ, ut patet legenti processum Arist. Amplius Arist. 12. metaph. inuestigaturus principia substantiæ sensibilis, generabilis, et corruptibilis, incœpit a tribus principijs cōmunibus, quæ sunt; omnis substantia sensibilis est mutabilis, omnis mutatio est ex oppositis aut medijs, & contrariū non transmutatur in contrarium; ex his infert necessitatem materiæ, & trinitatē principiorū, & ne uideamur loqui sine autoritate, ideo uerba Aris. subijciam in textu 6. illius 12. Vbi ita scribit, sensibilis uero substantia est mutabilis, siue autem mutatio est ex oppositis aut medijs, sed oppositis non omnibus; non album enim uox, sed ex contrario, necesse subesse quid mutabile in contrarietatem, non enim contraria transmutantur. Amplius hoc quidem manet, aliud uero contrarium non manet; est igitur aliquid tertium præter contraria, materia. Et licet in illa parte intentio sit Arist. tradere necessitatē subiecti, tamen procedens istis fundamentis manu ducetur in cognitionem trium principiorum in tex. 12. Vbi sic concludit tres uero sunt causæ, & tria principia, duo quidem contraria, cuius hoc quidem ratio & species, illud uero priuatio, tertium uero materia.

quod ſit eadem uia, qua proceditur a compoſitis ad principia, & elementa; & a communibus ad particularia; quem ſequitur Beatus Thomas contentus unico ſyllogiſmo. Immo relictis compoſitis tanquam non primo notis ſequitur communia illa principia, inquiens; quapropter ex communibus ad ſingularia procedere oportet. Eſt & animaduertendum, quod ea quæ ſcribit Auerr. ſuper hoc uerbo, uniuerſalia, referens illa ad uniuerſaliſsima, quæ poſsunt inueniri in iſtis rebus rerum naturalium, ſcilicet, de cauſis & accidentibus, uera ſunt, ſed non tantum intelligit cauſas uniuerſales, ſed illa communia principia, de quibus iam dictum eſt. Vnde Ariſt. primo de phyſico. auditu tex. 57. Eſt enim ſecundum naturam communia prius dicere; deinde circa unumquodq; propria ſpeculari. Fuit igitur diminutus Auer. in ſua expoſitione. Reprehendendus eſt etiam Sanc. Thomas qui ex mala interpretatione illius uerbi confuſa ideſt magis uniuerſalia, colligit, unde ex magis uniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet; in duobus iſte magnus uir defecit; quorum alterum eſt in accipiendo ipſum uniuerſale ſiue commune pro uniuerſali in prædicando, quandoquidem ipſum uniuerſale pōt referri ad prima principia, ad primas quōnes, ad q̄dam ulia principia in nali philoſophia, ut iam dictum eſt,

Reprehenditur S.T.

Defecit quoq; in interpretatione illius uerbi, confusa. nam illud uerbum debet referri ad composita, & non ad magis uniuersalia; quoniam comparat confusa ad principia & elementa ex quibus constãt illa confusa, inquiens Posterius autem ex his fiunt nota principia & elementa, Certum est autem quòd minus uniuersalia non sunt principia, neq; elementa magis uniuersalium, sed econuerso, ergo per confusa intelligenda sunt composita & indistincta.

Residuum quarti texti.

Totum enim secundum sensum notius est uniuersale autem totum quodam est, multa enim comprehendit ut partes uniuersale.

Expositio

Quòd autem communia sint primò nobis nota probat argumento sumpto à sensu, qui pædagogus est ipsius intellectus, saltem in prima apprehensione; in quibusdam uero cognitionibus posterioribus quandoq; intellectus corrigit sensum, ut óptime deducit Doct. subti. in tertia distincti. primi, quæstione de synceris ueritatibus; quòd autem pædagogus sit ipsius intellectus probatur per hoc, quod Auer. dicit in 2. de anima, ubi dicit quòd causa, propter quam intellectus cum difficultate cognoscit differentias odorum, est quia sensus cum difficultate apprehendit eas, quia ergo totum secundum sensum notius est. igitur & secundum intellectum. Sic igitur argumen

tatur Aristo. Totum notius est, commune quoddam totum est, ergo commune notius est: quòd autem commune sit totum, patet, quia multa comprehendit ut partes.

Sustinent autem idem hoc quodammodo & nomina ad rationem to'um enim quodammodo & indistinctè significant ut puta circulus, diffinitio autem ipsius diuidit in singularia. Tex. 5.

Probat Arist. argumento a simili totum compositum ex partibus esse notius suis partibus; nam sicut se habet diffinitum ad diffinitionem siue ad partes diffinitionis; ita totum compositum ex partibus, ad partes; diffinitum autem nobis notius est, quam partes diffinitionis nam multis potest esse notum diffinitum quo ad quid nominis, quibus non sunt notæ partes diffinitionis, & ratio est, quia indistinctè, & confuse significat id, quod diffinitio distinctè. Diffinitio enim diuidit diffinitum in singulas partes; Manifestum est autem quòd cognitio confusa præcedit distinctam, ut patet de circulo, & eius diffinitione, nam constat ut nominis cognitio prompta exploratáq; sit, at diffinitio minime; uerbi gratia hæc diffinitio; esse figuram planam, quæ una continetur linea, ad quam uelut ad circumferentiam circuli omnes lineæ a centro incidentes porrectæ, sunt inter se æquales non amplius cunctis explorata & expedita est, quæ cir- Expositi

IOANNI DELPHINO PATRITIO VENETO

FRATER MAXIMIANVS BENIAMVS CREMENSIS

S. D.

CVM uidissem interpretationem præstantissimi theologi Hieron. Gyrelli in prohemium physi. sub auspicijs nobilissimi eruditissimique Iacobi Suriani in lucem exituram, memoriæque meæ succurisset apud me esse duo eiusdem quæsita, alterum de primo cognito, de cognitione singularis alterum; ingens facinus a me admissum arbitrarer, si ea sine his chalcographis traderetur edenda; aptissime appositissimeque mihi fecisse uideor, quòd ea tibi nobilissimo, philosophiæque studiosissimo, & Girelli utriusque nostrum præceptoris amantissimo, nuncupauerim; idoneumque tuis studijs munus existimaui. Nam cum te eius auribus fruentem uideo; Deum immortalem, quàm celeri calamo eius dicta excipis? crediderim sanè ne uerbum quidem posse excidere. Non possum non arbitrari quin apud te non sint hæc duo quæsita, sed non adeò absoluta, ut apud me sunt, Alexan.

non nulla enim præcibus meis obtusus ferè & enecatus addidit, aliqua mutauit, ut ex his, quæ à me tibi dono afferuntur cognoscere poteris. Quæ obsecro benigne, & humaniter accipias, & me tui obseruantissimum amplectaris: Vale.

QVAESITVM DE PRIMO COGNITO AD MENTEM Aristotelis.

SVNT autem primum nobis dilucida ac manifesta, confusa magis, posterius autem, ex his nota fiunt elementa, et principia, his, qui diuidunt ipsa. Quapropter ex uniuersalibus ad singularia procedere oportet. Hæc propositio habetur in propria forma primo de physico auditu tex. 3. & 4.

Quanquam locus hic, & contextus præallegatus non satis commodus & oportunus ad inuestigationem ueritatis quæsiti de primo cognito, mihi uidetur; tamen quoniam maxima pars interpretum illud hoc in loco examinare consueuere; cum ijs sentiendum malui quam solus errare.

Et ut a uetustioribus exordiar; mens nonnullorum fuit dicentium Deum esse primum cognitum ab intellectu nostro, qui ob eius simplicitatem non distinguitur a cæteris obiectis, in hanc iuisse sententiam Alex. aphrodis. arbitror, qui in 2. de anima cap. 19. ubi de intellectu agente loquens, qui apud eum Deus est, ita scribit: Alexan.

Hoc igitur, quod & suapte natura intelligibile est, & in intelligente procreatur per intellectionem, est intellectus genitus in intelligente, & extrinsecus intelligitur, & sempiternus, immortalisq; est, porrò adijcit habitum intellectui materiali, ut intelligat ea, quæ potestate intelligibilia sunt. Quemadmodum enim lumen, quod actiuum est uisionis in actu, tum ipsum uidetur, tum ea, quæ cum eo, & per ipsum color. Ita quoq; intellectus extrinsecus causa est ut nos intelligamus, cum ipse quoq; intelligatur. Hanc sententiam doctissimus ille Henricus Ganda. imitatus mihi uidetur, qui in sua summa, articulo xxiiij. quest. 7. sic scriptum reliquit. Deus est primum comprehensibile per intellectum; cuius ratio est, quòd huiusmodi est natura nostræ cognitionis a sensu acceptæ, quòd semper ab indeterminato incipiat; sicut & ipse sensus per naturam semper sensibilia sub esse indeterminato prius concipit, quam sub esse determinato; licet quandoq; simul duratione concipiat indeterminatum simul cum determinato, quod patet quando distinguũtur cognitio determinata, & indeterminata, sicut enim sensus de ueniente a longe prius cognoscit quòd sit corpus quàm quòd sit animal, & prius quòd sit animal, quàm quòd sit homo, & prius homo quam quòd sit Socrates; sic & intellectus semper intelligit de quocunq;

prius natura, & si non semper prius tempore, quòd sit ens, quàm quòd sit hoc ens, & quòd bonū, quam quòd hoc bonum, & sic de cæteris gradibus intelligendi, semper prius intelligendo uniuersalia confusa magis particularibus & determinatis; & sic uniuersaliter quanto intelligibile magis est indeterminatum, tantò naturaliter prius ipsum intellectus noster intelligit. Nunc autem indeterminatio duplex est; quædam priuatiuè dicta, quædam negatiuè. Cum enim dicitur hoc bonum aut illud bonum, intelligitur summe determinatum, & per materiam, & per suppositum. Indeterminatio priuatiua, est illa qua intelligitur bonum, ut uniuersale, unum in multis, & de multis, ut huius & illius bonum, licet non ut hoc uel illud bonum, quod natum est determinari per hoc uel illud bonum, quia est participatum bonum. Indeterminatio uero negatiua, est illa qua intelligitur bonum simpliciter, ut subsistens bonum, non ut hoc uel illud, neq; ut huius uel illius, quia est non participatum bonum, non natum determinari, & est indeterminatio huius boni maior quàm illius. Ergo cum semper intellectus noster naturaliter prius concipit indeterminatum quàm determinatum, siue distinctū a determinato, siue indistinctum, ab eodem intellectus noster intelligendo bonum quodcunq; in ipso naturaliter prius intelli-

git bonum negatione indeterminatum, & hoc est bonum, quod Deus est opinionem hanc refellit Scot. in 3. disti. primi; ad quem curiosum lectorem reijcio.

Primus autem expositor inter latinos super textibus praeallegatis haec scribit. Sciendum est quòd confusa hic dicuntur quae continent in se aliqua in potentia & indistincte; & quia cognoscere aliquod indistincte medium est inter puram potentiam & actum perfectum, ideo dū intellectus noster procedit de potentia in actum, primò occurrit sibi confusum quam distinctum. Sed tunc est scientia perfecta in actu quando peruenitur per resolutionem ad distinctam cognitionem principiorum, & elementorum; & haec est ratio quare confusa sunt primo nobis nota quam distincta. Quòd autem uniuersalia sint confusa manifestum est, quia uniuersalia continent in se suas species in potentia, & qui scit aliquid in uniuersali, scit indistincte. Tunc autem distinguitur eius cognitio quando unumquodq; eorum, quae continentur in potentia in uniuersali, actu cognoscitur: qui enim scit animal non scit irrationale nisi in potentia; prius autem est scire aliquid in potentia, quàm in actu. Secundum igitur hunc ordinem addiscendi, quo procedimus de potentia in actum, prius quo ad nos est scire animal, q̄ hominem. Ex hoc inferuntur duo, quorum primum est, quòd

S. Thom.

in cognitione actuali & confusa, quæ est prima quo ad nos, magis uniuersale cognoscitur; secundum, quòd ex uniuersalibus ad singulas species procedere oportet. Primum erexit Ioan. de Grandauo, in quæstione quinta primi physic. in forma, sic, id quod ducitur de potentia ad actum per medium, prius peruenit ad medium, quàm ad extremum, quando illud medium est dispositiuum ad extremum, ut patet quinto physi. medium est in quod transmutat transmutans &c. Sed intellectus ducitur de potentia pura ad cognitionem minus uniuersalis tanquam ad quendam actum completum, & ipsa cognitio intellectiua magis uniuersalis est quid medium inter potentiam puram, & actum illum, nam cognitio uniuersalis est quidam actus intellectiuus, & est quid potentiale & imperfectum respectu cognitionis magis determinatæ. Vnde com. 12. diuinorum dicit, quòd scire aliquid in uniuersali, est scire in potentia, ut cognitio intellectiua animalis, secundum quòd animal, potentialis est & imperfecta respectu cognitionis hominis secundum quòd homo; ergo &c. Et hac uia procedunt ferè omnes sequentes uiam, sancti Doctoris. Vnde Thom. de uio, in de ente & essentia, per hoc fundamentum soluit quædam dicta Antonij trombettæ. Verum quòd Augustinus Philoteus in suo dilucidario disputa. undecima primi

libri metaphy. loquens de opinione Sancti Doctoris dicit, uidetur mihi quod positio Thomæ nondum intellecta sit, nec ab his, nec ab eius sectatoribus. Thomas enim loquitur ut cæteri in processu diffinitiuo, in tali enim processu uniuersaliora semper sunt prius cognita, ut omnes sentiunt, scilicet, cognitione distincta. Unde cognitio magis uniuersalis est confusa respectu contentorum sub illo, & distincta respectu superiorum, in quod est illud resolubile, & ita positio diui Thomæ est eadem cum positione Scotistarum. Sed in hac re multum deficit iste magnus Philotheus, nam ut mihi uidetur (saluo semper meliori iudicio) sanctus Doctor opinatus est duo extrema, & medium per participationem, in quod necesse est prius peruenire id, quod ducitur de extremo ad extremum. Primum extremum est intellectus in pura potentia, alterum uero extremum est cognitio speciei in propria forma siue in particulari, medium autem inter hæc duo extrema est cognitio actualis confusa generis illius speciei, & ratio est, quia illa cognitio est potentialis respectu speciei (qui enim scit animal non scit irrationale nisi in potentia) & est actualis respectu puræ potentiæ intellectus. Cum igitur talis cognitio sit medium per participationem, ideo necesse est intellectum prius duci in cognitionem generis quam speciei. Hoc funda-

mento

mento processit Sanc. Doctor. Praeterea magis credendum est expertis in sua arte, cum autem grauissimi, ac doctissimi uiri in doctrina Sancti Doctoris hoc pacto interpretati fuerint ideo &c. Magis igitur uniuersalia sunt prius cognita cognitione confusa secundum doctrinam huius uiri. Ex aduerso autem est Scotus in primo sentent. distinct. 3. quaestione 2. qui loquens de primo cognito prioritate originis siue generationis, idest, de eo cuius cognitio prius generatur in intellectu nostro dicit, quod primum cognitum actualiter confuse est species specialissima, cuius singulare efficacius & fortius primo mouet sensum, siue sit audibile, siue uisibile. Quodcunque enim indiuiduum fortius mouet sensum, eius species primo cognita est cognitione confusa, & hoc supposito, quod singulare non possit cognosci (loquor enim modo de his, quae certum est posse intelligi secundum communem opinionem) nam de cognitione singularis Scotus loquitur septimo Metaphisicae quaestione decimaquinta; Pro probatione huius conclusionis, obseruanda sunt tria, Primum est quod Scotus loquitur de prima cognitione, quam homo habet, quando occurrit ei aliquod sensibile a quo excitatur. Alterum est quod Themistius secundo de Anima dicit

Scot.

Tria obseruāda.

Primum.

Secundum

Quibuſcunq; mortalibus dedit intellectum, eiſdem dedit ſenſus extrinſecos & intrinſecos in miniſterium ratio-nis. Hinc patet cauſa, quare intellectus cum difficulta-te apprehendit differentias odorum, quia ſenſus eſt debilis in comprehendendo eas; comprehenſio enim diffe-rentiarum rerum ſenſibilium a ſenſu, eſt cauſa in com-prehenſione earum ab intellectu; ut dicit Auer. 2. de anima com. 92. Tertium uero notandum, eſt quòd inue-niuntur quinq; genera abſtractionum. Prima abſtra-ctio, eſt per quam ſenſibile abſtrahitur a materia, ſed non a præſentia materiæ; & hæc fit a ſenſu extrinſeco ſuſcipiente intentionem ſenſibilis ſine materia, ut dicit Ariſto. 2. de anima tex. 121. ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpe-cierum ſine materia; ut cera recipit figuram annuli au-rei ſine auro. Secunda abſtractio fit a materia, & a præſentia materiæ, ſed nõ a conditionibus materialibus; & hæc fit ab imaginatiua, quæ in abſentia rei imagina-tur Socratem criſpum, magnum ſenemq;. Tertia fit a materia, præſentia, & conditionibus, ſed non a ſingula-ritate, & hæc fit a ſenſu hominis, qui teſte Ariſt. in li-bro de ſenſu & ſenſ. percipit medullam rerum, quem-admodum ſenſus brutorum corticem. Vnde Auer. loquens de hoc ſenſu, qui appellatur cogitatiua apud eum dixit 2. de anima com. 63. Quod hac uirtus perci

Tertiũ. Quinq; genera abſtractionũ. Prima.

Secũda.

Tertia.

pit intentiones indiuiduales decem prædicamentorum, & has intētiones distinguit a formis imaginatis. Quarta abstractio fit ab intentione singulari ad uniuersalem, & hæc fit ab intellectu agente, qui per modum naturæ transfert intentionem indiuiduam de ordine sensibilium & singularium, ad ordinem insensibilium & uniuersalium; in hac abstractione requiritur magna uirtus & potens; nam transitus magnus est ibi; Res enim sensibilis & singularis efficitur intelligibilis & uniuersalis; & ideo intellectus potentia, quærit auxilium ab agente; & propter hoc coactus fuit Aristo. ponere intellectum agentem. Vnde Auer. 3. de anima, inquit si uniuersalia essent abstracta non opus esset intellectu agente. Et quia natura non facit saltum, ideo hæc translatio non fit de intentione singulari (exempli gratia) huius albedinis ad intentionem entis, uel qualitatis, siue coloris; sed ad intentionem albedinis in se, quæ est species specialissima huic intentioni singulari proxima. His positis remanet species specialissima præsens intellectui in ratione mouentis siue excitantis; & hic incipit operatio intellectus possibilis abstrahentis quidditatem coloris, ab albedine, & qualitatis a colore; & hæc est quinta abstractio de qua Auer. 3. de anima commento 10. ubi inquit intellectus primò intelligit quidditatem carnis

Quarta.

Quinta.

deinde quærit intelligere quidditatem huius quidditatis, deinde quidditatem istius quidditatis, & hoc erit dum inueniet quidditatem in quidditate & non cessabit quousque perueniat ad formam simplicem.

Ordo uirtutum comprehensiuarum.

Ex his sequitur ordo uirtutum comprehensiuarum in suis operationibus, nam ubi desinit sensus exterior, ibi incipit imaginatiua; & ubi desinit imaginatiua incipit cogitatiua; & ubi cogitatiua, ibi necessario incipit intellectus possibilis adiutus ministerio intellectus agentis. Obseruandum quoque est, quod in hac albedine est conceptus albedinis, coloris, qualitatis, & entis. Nolo autem in hac parte recensere diuisiones Antonij Andreæ, & Ioan. Canonici breuitatis causa, alter enim in primo metaph. alter uero in primo physico. prolixius agit. Mens igitur Scoti est quod si sensus bene dispositus (Dicitur autem sensus bene dispositus respectu alicuius singularis, quando non decipitur in eius apprehensione) moueatur ab albedine sub ratione singularis albedinis, intellectus necessario excitabitur prius a ratione albedinis, quàm coloris (apud me hæc sunt synonima, conceptus, intentio, & ratio) cuius fundamentum est. Causa naturalis non impedita appro-

ximata passo disposito, agit secundum ultimum potentiæ suæ, igitur producit effectum perfectissimum, quem primò potest producere. Omnia autem concurrentia ad istum actum primum, scilicet, ad istam primam cognitionem intellectus sunt causæ meræ naturales; quia præcedunt omnem actum uoluntatis, & non sunt impeditæ, ut patet; ergo primò producunt conceptum perfectissimum, quem possunt. Ille autem non est nisi conceptus speciei specialissimæ. Si enim aliquis alius esset, puta conceptus alicuius communioris, ille esset perfectissimus, quem ista possent producere, & cum conceptus illius communioris sit imperfectior conceptu speciei specialissimæ, sicut pars est imperfectior toto; sequitur quòd illa non possent in conceptum illius speciei, & ita nunquam causarent illum conceptum. Ioannes Gandauensis inter Auerroys sectatores famosissimus super primò physicorum quæstione quinta, unde omnes fere Iuniores sententes soluere argumenta Scoti desumpsere tria agit contra Scotum, & primò retorquet argumentum contra eum, nam ex prima ratione sequitur quòd conceptus distinctus, & diffinitiuus speciei specialissimæ, cuius singulare fortius mouet sensum, prior erit in in-

Ioa. Gand. cōtra Scō.

Primo.

tellectu uia generationis ; quam conceptus confusus eiusdem speciei ; quia causa naturalis agit ad effectum perfectissimum, sed conceptus speciei distinctus est perfectissimus ergo &c. cuius oppositũ uult iste homo, quia dicit, quòd totus ordo cognoscendi confusè prior est.

Secũdo. Secundò soluit hanc rationem dicens, quòd singulari alicuius speciei mouente sensum, & intellectu non impedito, intellectus non est sufficienter dispositus ad conceptum confusum speciei specialissimæ, nisi præcedentibus aliquo modo conceptibus uniuersalioribus, & ideo non fit in intellectu conceptus illius speciei confusè nisi aliquo modo præcedant omnes conceptus uniuersales prædicatorum in quid de illa specie, & dat duo exempla in rebus materialibus, primum de aëre qui non est capax intentionis albedinis nisi prius habeat lumen, & diaphaneitatem, materia etiam prima non potest suscipere formam mixti, nisi mediantibus elementis.

Tertio. Tertiò arguit contra Scot. Id quod ducitur de extremo &c. ut patet supra. Et hæc tria acceperunt ferè omnes moderni sequentes uiam Sancti Doctoris contra Scot.

Respon. ad argumenta cõtra Scotũ facta. Ad primũ. Ad quæ respondendo dico, quòd primum soluit Scot. in quodam uerbo inquiens, igitur ad effectum perfectissimum, quem primò potest producere primò agit ; Certum est autem, quod diffinitum ut totum quoddã est,

non est natum primò producere in intellectu cognitionem distinctam, sed confusam, ut optimè docet Arist. in quinto tex. primi physico. diffinitum enim necessariò prius notum est diffinitione, & quid nominis quàm, quid rei. Inquit enim inibi Arist. Sustinent autem hoc idem quodammodo & nomina ad rationem, totum enim quoddam & indistinctè significat ut puta circulus &c. Amplius cognitio confusa totius pendet immediatè a toto; cognitio autem diffinitiua non tantum pendet a toto, sed a ratiocinatione intellectus, qui per uiam diuisionis & compositionis uenatur definitionem. Sunt autem tria signa; in primo, definitum causat conceptum sui confusum; in secundo intellectus diuidit totum in singulas eius partes; in tertio fit reditio a cognitione partium ad cognitionem definiti, in tertio signo habetur cognitio distincta; bene igitur dixit Scot. in quem primo potest. Secundum facilè diluitur, si quis considerauerit naturã intellectus possibilis, quæ est simplex, & immixta, similis tabellæ nondum inscriptæ, denudata ab omni intelligibili, & capax omnium intelligibilium; est enim omnia fieri, tertio de anima tex. 18. modo similitudinis & receptionis ut inquit Auer. in com. si quis rursus bene considerauerit, quòd natura intellectus est naturæ potentialitatis tertio de anima tex. 5. & quòd potentia nata Ad secũdũ

est primò moueri & actuari ab eo, quod est actualius & perfectius; quemadmodum organum uisus, quod est pura potentia in genere colorum secundum multos, natum est primò moueri, & actuari ab illo colore, qui actualior est & perfectior; ita intellectus qui est pura potentia in genere intelligibilium, prius excitabitur ab eo, quod magis habet rationem entis in actu; nec intellectus indiget dispositione aliqua, cum sit summe dispositus in intellectione omnium simplicium (secus autem est in intellectione conclusionum cum assensu) quemadmodum organum uisus in uisione colorum, & auditus sonorum; Sufficit enim denudatio intelligibilium ad hoc quòd intelligibilia comprehendat, tertio de anima tex. 4. Quòd si in susceptiuo requiratur aliqua dispositio, hoc est, quia materiale est, sicut docent exempla Ioa. Immateriale autem est de sui natura intellectiuum & intelligibile, ut testatur Auer. disputa. 6. contra Algaz. in solutione secundi dubij. Quòd aut dicit Ioan. quòd non potest fieri in intellectu conceptus speciei, nisi aliquo modo praecedant omnes conceptus uniuersales praedicatorum in quid de specie, est purius error; quia aut talis ordo est essentialis, aut accidentalis; si essentialis, ergo necesse erit intellectum transire per omnia illa intermedia quod est contra Arist. 7. metaph. tex. 28. Vbi habet,

Error Gand.

quod

quòd genus proximum super equum & mulum est nobis innominatum, & incognitum: nec potest dici, quòd sit ordo essentialis ex parte unius generis & non alterius quia in tali casu non esset essentialis. Si accidentalis ergo uariabilis & mutabilis, & ita potest fieri conceptus speciei sine illis, quæ dicuntur in quid de specie. Ad tertium; quod est fundamentum beati Tho. dicitur, quòd maior est uera de eo medio, quod est dispositiuum ad extremum, cognitio autem magis uniuersalis non est dispositio ad cognitionem minus uniuersalis, loquendo de cognitione cõfusa, quod patet, quia totũ essentiale prius cognoscitur, quam pars eius essentialis, quæ est genus, licet cognitio confusa speciei sit dispositio ad cognitionem distinctam eiusdem speciei specialissimæ; Secus autem loquendum esset in cognitione distincta; in hoc uerum est, quòd intellectus non potest duci in cognitionem distinctam speciei nisi cognito genere distincte. Cõtra animal quoddam confusum est respectu suarum specierum, ergo non cognoscitur distincte. Respondeo negando consequentiã; quoniam animal bifariam considerari põt, uno modo ut totum quoddam est continens species suas, alio modo ut substantia animata sensitiua; primo modo confusum est; secundo modo cognoscitur distincte; & sic nihil habet contra Scotum. Secunda ratio Doct. patet, Ad tertiũ Secũda rõ

Quatuor notanda — quatuor obseruatis; quorum primum est. cognitio prin
Primum. — cipiorum complexorum pendet necessariò ex cognitione terminorum, quia Arist. primo de interp. prius egit de
Secundum — nomine & uerbo quam de oratione. Secundum, principia scientiarum particulariũ constant ex terminis particularibus, & scientiæ uniuersalis ex terminis uniuersalibus.
Tertium. — Tertium metaph. est ultima uia doctrinæ, idest, secundum ordinem discendi. Quartum; modus discendi
Quartum — procedit ex notioribus nobis. Ex his sequitur propositum; nam in nostro modo addiscendi primò occurrunt principia scientiarum specialium, quæ constat ex minus uniuersalibus; ergo illa minus uniuersalia sunt primo nobis nota; patet consequentia ex dictis. Exemplum Geometra scit, quod si ab æqualibus magnitudinibus æquales magnitudines demantur, &c. Arithmeticus uero, si ab æqualibus numeris æquales &c. Diuinus uerò loquens de æqualitate simpliciter, quæ est relatio primi modi, ut patet quinto metaph. dicit, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent erunt æqualia, ratio autem est, quia secundum Auicen. primo metaph. cap. 3. metaph. est ultima in ordine doctrinæ, ergo principia omniũ aliarum scientiarum possunt concipi & termini illarum ante principia metaph. Sed hoc non esset si oporteret primo concipi actualiter conceptus communiores quàm con

ceptus specierum specialissimarum. Tunc enim oporte-ret ens & huiusmodi primò concipi, & ita magis sequitur metaph. esse primam in ordine doctrinæ. Ergo &c.

Ad hanc rationem Scoti respondetur duplicem esse cognitionem; altera est cognitio per simplicem apprehensionem, altera per discursum, de priori loquitur Sanc. Doct. in qua magis uniuersale est prius cognitum; de posteriori uero procedit argumentum, & hoc patet in inductione, ubi singulare prius intelligitur. Sed hoc nihil est, quoniam si in cognitione habita per discursum, minus uniuersale est prius cognitum, ergo & in cognitione simplici, patet consequentia, quia hæc præsuponit illam, ut dictum est: Tertia ratio Doct. hæc est, nam si oporteret præ concipere conceptus uniuersaliores ante conceptum talis speciei, tunc supposito casu de singulari mouente sensum & intellectu existente soluto, oporteret ponere magnum tempus antequam conciperet species illius singularis primò sensati, quia prius oporteret intelligere omnia prædicata communia dicta in quid de illa specie secundum ordinem Ad hanc rationem respondetur a quibusdam, & primò retorquendo argumentum contra Scot. quia a pari sequeretur, quòd si species specialissima esset primò nota; tunc intellectus magnum tempus opponeret antequam deueniret in co-

Respõ. ad rõnẽ Sco.

Tertia rõ

gnitionem generis generalissimi, uel ipsius entis; patet consequentia, nam eadem est uia Athenis Thebas, & Thebis Athenas. Et ideo soluentes dicunt quod intellectus magnum tempus apponit antequam deueniat in cognitionē speciei specialissimæ. Et hoc in casu, quo non est informatus per superiores, & uniuersaliores conceptus; sed quam primum tales conceptus habuerit, statim deducitur in cognitionem speciei; hæc communiter & passim dicuntur contra Scot. & ad argumenta sua hæ solutiones sunt famosæ. Sed hoc nihil ualet contra Sco. quoniam diceret ipse, & si eadem sit distantia Thebis Athenas, & e contra non tamen idem distare; simili ratione in proposito; non est idem procedere a specie specialissima ad genus siue ens; & ab ente ad speciem. Prior enim processus est a confuso actuali ad confusum potentiale; posterior autem processus est a confuso potentiali, ad confusum actuale. Ratio autem actus est ratio manifestationis & potentia occultationis: Ideo cognito actuali, facile intellectus ducitur in cognitionem potentialis, non autem e contra.

Tria documenta. Secunda conclusio Scoti est de cognitione actuali distincta magis uniuersalis. Pro cuius declaratione sumenda sunt tria documenta. Primum. Primum est, quod dffō

quid rei resoluit nomen in principia sui significati, & hæc fuit sententia Themist. primo posteriorum Secundum, est Auer. tertio de anima commen. decimo dicentis, intellectum in abstrahendo quidditatem a quidditate necessariò peruenire ad quidditatem simplicem. Tertium est, quòd conceptus simpliciter simplex, sicut est conceptus entis, aut omnino scitur, aut omnino ignoratur, patet nono metaphysic. circa talem conceptum non accidit error; & ratio est, quia est simpliciter simplex, & si scitur, omnino scitur; si ignoratur, omnino ignoratur; quidditas autem albedinis potest partim sciri, partim ignorari, quando cognoscitur confuse, & ratio est quia multa includit, ratione quorum potest ignorari & sciri; ex his sequitur conclusio secunda. Ratio formalis entis est primum cognitum cognitione actuali & distincta; hoc sic probo; nihil cognoscitur distincte nisi intelligantur omnia, quæ includuntur in ratione eius essentiali; ens includitur quidditatiue in omnibus conceptibus quidditatiuis inferioribus; ergo nullus conceptus inferior distincte intelligitur nisi concepto ente; ens autem non potest cognosci nisi distincte, quia habet conceptum simpliciter simplicem, ergo posset intelligi distincte sine alijs, & alia non sine eo, di

Secundum

Tertium

Secunda cōclusio.

Achilles Scot. de cognitiōe distincta.

distincte intellecto; ergo ens est primus conceptus distincte conceptibilis; ex hoc sequitur, quòd ea, quae sunt sibi propinquiora sunt priora, quia cognoscere distincte habetur per diffinitionem, quae inquiritur per uiam diuisionis, incipiendo ab ente usq; ad conceptũ diffiniti. In diuisione autem prius occurrunt conceptus communiores, deinde genera & differentiae, in quibus intelligitur distincte conceptus inferior: ratio Scoti fundatur super hanc propositionem. Quod est ratio cognoscendi aliud distincte, prius in se cognoscitur distincte; quia propter quid unumquodq; tale, & illud magis, poste. primo nec sequitur, ens est confusissimum, cum contineat omnia entia in potentia, ergo ratio entis intelligitur confuse? quia antecedens intelligitur de ente inquantum est quoddam totum, & consequens de conceptu entis inquantum est conceptus distinctissimus. Contra hanc conclusionem argumentor argumentis Scoti, & aliorum, probando quòd magis uniuersalia sunt prius nota cognitione confusa; Nam primo physi. dicitur confusa id est magis uniuersalia esse prius nobis nota, probatur ex Aristo. Pueri enim appellant primò omnes uiros patres, & omnes foeminas matres; mox discernunt unumquodq; ergo cognoscunt primò patrem sub ratione hominis, quam sub ratione huius hominis. Hoc idem probat

Instatur cõtra Sco.

Auic. de eo, quod uidetur a remotis; quia cognoscitur aliquid prius sub ratione corporis, quam animalis, & prius sub ratione animalis quam hominis; hac uia uidetur procedere Simpl. qui com. 2. super primo physico. dicit. Caeterum communia, & ea uniuersaliter, quae totalem, & euidentiorem cognitionem habent sunt nobis notiora quam singularia. Nam si quis a longe per aliquam intercapedinem, quae uerba multum consona sunt opinioni beati Tho. Contra eandem conclusionem solebat arguere excellentissimus praeceptor meus Petrus Pomponatius, de eo, qui ingreditur hortum, cui prius occurrit hac borago sub ratione huius herbae, quam sub ratione huius boraginis; & ex consequenti prius excitatur intellectus ad cognitionem herbae, quàm boraginis ratio autē herbae est magis uniuersalis, quàm ratio formalis boraginis; ergo magis uniuersale est prius cognitum cognitione confusa. Amplius, Thom. de Vio de familia thomistarum in de ente & essentia nititur ostendere quòd magis uniuersale sit prius cognitum cognitione confusa inquiens. Species specialissima non est obiectum confusissimum simpliciter, ergo cognitio eius actualis confusa non est prima simpliciter, & consequenter ipsa non est primum cognitum; consequentia tenet ex positione aduersa dicēte, quòd ideo species specialissima

Auic.

Simpl. uerba aduersari uidentur Scot.

Petr. Pō.

Thom. de Vio.

est primum cognitum, quia est confusissima, antecedens probatur, quia genus est confusius specie, quod enim plura continet est confusius, genus plura continet quam species. ergo si dicatur quòd contin entia est duplex, quaedam actualis, quaedam potentialis, id autem dicitur esse confusius, quod plura continet actualiter, non potentialiter; modo species cõtinet plura actualiter, quare &c. Contra, confusius est quod continet plura sine ordine, quàm quod continet cum ordine, sed continens actualiter continet plura ordinate; Species enim continet ordinate partes diffinitiuas, continens autem in potentia continet plura sine ordine, ergo est confusius. Respondet Anton. tromb. quod genus continet species ordinate, eo quia non respisit eas nisi mediantibus differentijs, quae sunt ualde ordinate. Contra, genus non continet species & differentias in actu, sed in potentia ut dicit Porphy. ergo continet eas indistincte; patet cõsequentia; quia actus est, qui distinguit septimo metap. Tunc ultimò, continet indistincte ergo non ordinate, quia ordo absque distinctione non est imaginabilis. Quòd autem dixit genus non respicere species nisi mediantibus differentijs ordinatis non iuuat, eo quòd non solum species, ed etiam differentias inter se ordinatas genus ab que ordine continet, ut probatum est. Et aduertas

confusionem

confusionem non sequi ordinem plurium, ut Scotistæ fingunt (sic enim uniuersum esset maxime confusum) sed continentiam plurium sine ordine. Unde prouerbium extat, ubi pluralitas sine ordine ibi confusio. Multa alia scribit ille uir contra Scotistas, quæ si bene ponderentur, non sunt contra Scotum, ideo de eius uerbis non est multum curandum. Cætera uero, quæ a modernis in hac materia scribuntur contra doctrinam Scoti, ex dicendis facilime soluentur. Pro solutione huius dubitationis præponendæ sunt aliquæ distinctiones de uniuersali. Uniuersale igitur est duplex, complexum & incomplexum, complexum est propositio uniuersalis positione uel natura; positione ratione signi distribuentis subiectum; natura uero ratione continuæ ueritatis quorumcunque illius singularium; sic loquitur Auer. primo priorum capite septimo. Uniuersale etiam incomplexum est duplex in essendo, & in prædicando; in essendo, sunt intelligentiæ, quæ suapte natura separatæ sunt a conditionibus materialibus, & non indigent intellectu agente, quorum infima est intellectus noster, qui in nullo alio intellectu potest recipi, cum sit pura potentia in genere intelligibilium, qua non datur potentialius in illo genere, omnes aliæ intelligentiæ alicui intellectui insertæ sunt.

Solutio principalis

Distin. de uniuersal.

Vniuersale in prædicando duplex est, alterum in potentia remota, & est forma materialis accidentalis, quæ de se non est abstracta, sed opus est intellectu agente; alterum in potentia propinqua, & est eadem forma existens in cogitatiua, quæ in proxima dispositione est ut transferatur de ordine singularis ad ordinem uniuersalis. Vniuersale uero in actu, adhuc duplex est, pro intentione prima, & est quidditas sensibilis separata ab omnibus conditionibus materiæ, quæ nata est mouere intellectum poßibilem, eidemq́ præsens habitualiter per speciem intelligibilem, quæ primò repreſentat speciem specialisſimam, deinde omnia superiora secundum quendam ordinem; Pro intentione autem secunda dicitur esse quædam ratio causata ab intellectu per actum suum comparatiuum comparantem colorem ad suas species, uel albedinem ad sua indiuidua, prima ratio dicitur genus, secunda dicitur species; Præsens sermo erit de uniuersali in actu pro intentione prima; aduertas tamen quod his uerbis non utitur Scotus. Sed ego in hac re magis uolo sequi sensum quam uerba; scio latum esse discrimen inter naturam communem & uniuersalem; sed hæc relinquenda sunt alijs. Secunda distinctio. Multum interest inter cognoscere confusum, & confuse, distinctum, & distincte, cognoscere confu-

sum est cognoscere aliquid totum indistinctum; confuse uero est cognoscere aliquid sicut per nomen dicitur, uel in conceptu sui superioris, cognoscere distinctum est cognoscere partes alicuius totius, distincte uerò sicut per diffinitionem intelligitur. Ex his sequitur quòd confusum distincte potest cognosci; ut animal continens suas speties, quoddam confusum & indistinctum est, & tamen cognosci potest ut substantia animata sensitiua; & ita distincte cognoscitur, simili ratione homo est quid distinctum respectu animalis quia est eius pars; & tamen potest confuse cognosci; confusum enim & distinctum sunt conditiones obiecti; confuse & distincte sunt conditiones modi cognoscendi; nolo recensere alias distinctiones Scotistarum, quæ ferè infinite sunt. His suppositis respondeo ad primam rationem; cum dicitur confusa, idest, magis uniuersalia &c. Respondet Scotus quòd magis uniuersalia sunt primò nobis nota cognitione distincta, sicut dictum est in secunda conclusione. Et hæc sunt uerba Scoti. Ad primum dico sicut duplex est confusum scilicet totum uniuersale, & totum essentiale, ita utrunque in suo ordine, In ordine iginur distincte cognoscendi, primum est magis uniuersale; in ordine autem confuse cognoscendi, est species specialissima. Si quis tamen quæreret, a Scoto primum cognitum Respōsio ad argumenta.

absolute & simpliciter. Respondet quòd simpliciter primum est id quod est primum in ordine confuse cognoscendi, & ratio est, quia processus naturalis ab inperfecto ad perfectum est per medium. Confuse autem cognoscere est quasi medium inter ignorare & distincte cognoscere: & ideo cognoscere confuse est ante quodcunque distincte intelligere. Et quod dicit de puero, concedo, quia species præintelligitur ante singulare, quia dixi quòd species est primum intelligibile. Ratio autem non concludit de genere, sed de specie; Prius enim naturaliter actualiter cognoscitur albedo, quam color in ordine cognitionis confusæ, quia color sub ratione coloris non cognoscitur nisi sub maiori abstractione, quam sit abstractio albedinis ab hac albedine, & illa; abstractio autem maior est difficilior, quia est a minus similibus. Hac ratio radicatur super dictum Auerro. duodecimo Diuin. commen. quarto, qui dicit uniuersale fieri per similitudinem inuentam in singularibus; ubi igitur est maior similitudo, ibi est facilior abstractio; & in tertio de anima commen. decimo, ubi uult Auerr. quod conceptus generis abstrahatur a conceptu speciei; non potest autem abstrahi conceptus generis a specie nisi prius intelligatur species. Ita respondet Scotus, ut

patet intuenti uerba eius. Sed in hac re secutus fuit errorem communem exponendo confusa per magis uniuersalia; In hoc enim decepti sunt doctissimi uiri, ut dictum fuit in expositione nostra. Ad argumentum Auic. respondet Doctor dicens, quod quando obiectum non est debite approximatum non mouet ad cognoscendum se sub perfectissima ratione, sed sub alia imperfecta, & tunc intellectus sequens sensum talis obiecti, oportet quód sit talis obiecti uniuersalis, cuius sensus erat sub ratione singularis. Sed quando obiectum est in debita proportione ut possit mouere sensum sub ratione eius perfecta & propria, & tunc intellectus sequens talem sensum habet notitiam talis naturæ prius sub ratione specifica confuse, quàm sub ratione generis confuse. Aduertas quód per debitam proportionem obiecti ad sensum Doctor intelligit omnia necessariò requisita ad sensationem; ut puta q organum, & medium sint disposita obiectumq; ei approximatum, quibus stantibus, sensibile necessariò mouebit sensum sub ratione perfecta, ut hoc album præsens oculo, habet mouere sensum sub ratione huius albi (eo modo quo sensus apprehendit ipsum singulare) & quia intellectus noster propter ordinem potentiarum sequitur sensum, ideo illam quidditatem apprehendit, quia uicinior est singularis

& hæc est quidditas albedinis. Si uero obiectum non fuerit debite approximatum sensui, tunc mouebit sensum sub ratione singularis magis uniuersalis, ut sub ratione huius coloris, & ex consequenti intellectus excitatatus a sensu intelligit quidditatem coloris; & hæc uidetur esse opinio modernorum Alexandri, scilicet achillini in libello de uniuersalibus, & Marci Anto. Zimaræ in materia de primo cognito. Cum enim ab eis quæritur, utrum species prius apprehendatur quam genus; respondent prius apprehendi speciem cognitione confusa contingenter tamen; & hoc accidit propter singulare fortius mouens sensum, & excitans intellectum. Unde si singulare magis uniuersalis fortius mouet sensum, intellectus excitatus, a sensu, intelligit magis uniuersale; si uero singulare speciei prius mouebit, species erit prius apprehensa, ut dictum est. Hinc patet solutio ad ea, quæ dicit Simpl. in hac re contra intentionem.

Ad Petr. Pomp. respon. Ad rationem excellentissimi præceptoris mei dico Scot. supponere duo, alterum est, quòd quis ingrediens hortum habeat memoriam boraginis; reliquum quòd sensus sit bene dispositus, & obiectum ei præsens; quibus positis, hæc borago sub ratione huius boraginis, prius mouebit sensum quam sub ratione huius herbæ; ob id quidditas boraginis prius erat apprehensa ab in-

tellectu; si autem quis non habeat memoriam [illegible]; quia per casum nunquam uidit, certum est, quòd prius apprehendit illam herbam sub ratione alicuius herbæ; & ita dicendum est in alijs. Aduertendum tamen est, quæstionem de primo cognito non agitari inter uulgares, sed inter sapientes, qui speculantur uniuersalia.

Ad argumentum Thom. de Vio fundatum super rationem confusionis, scilicet, quod est confusius prius cognoscitur confuse, respondetur dupliciter, Primò dico quòd arguit a conditione obiecti ad conditionem modi intelligendi; & ita erit fallacia figuræ dictionis, mutando conditionem obiecti in conditionem cognitionis. Aliud est enim cognoscere confusum, & cognoscere confuse ut dictum est. Aliter respondeo, pro quo obseruandum est, quòd ens diuiditur in actum & potentiam, quæ sunt differentiæ ualde oppositæ, primo de anima textu 6. ex quibus necessariò sequuntur oppositæ proprietates; ex potentia sequitur latentia & occultatio, ex actu uero manifestatio; ob hanc causam dixerunt Philosophi, materiam primam & intellectum possibilem cum maxima difficultate intelligi, propter rerum potentialitatem, propter eandem causam infinitum in quantitate molis, inquantum infinitum est nobis ignotum, ratio uero actus ut dictum est, est ratio manifestationis; ex his

reflecto argumentum contra, hoc pacto. Quando sunt duo confusa, quorum alterum habet rationem occultationis, & alterum manifestationis, id quod rationem habet manifestationis est prius notum, sed genus & species sunt talia confusa, ita quòd genus est confusum potentiale, habens rationem occultationis, & species confusum actuale habens rationem manifestationis; ergo &c. Ad argumentum igitur dico quòd id quod est confusius actuale est prius notum; & per hoc diluuntur argumenta illius uiri, non enim sufficit confusio ad mouendum intellectum, quæ est uirtus passiua, sed requiritur ratio actus mouentis siue excitantis. Et ob hanc causam non rectè sensit Ioan. Angl. in primo, distinctione tertia quæstione prima. articu. secundo. Vbi loquitur de primo obiecto primitate generationis. Dicit enim ad istum articulum dico, quòd obiectum quod primò modo natum est generare cognitionem in intellectu potest accipi ex duplici parte, aut enim accipitur ex parte intellectus præcise, & per istum modum dico, quòd primum obiectum primitate generationis est uniuersale, quod est ens transcendens abstractum. Sed hic doctissimus uir (ni fallor) fuit in maximo errore, & contra ipsum sic instatur. Si magis uniuersale ut puta ens, esset prius notum intellectui, necessariò hoc

acciderer

accideret uel ex parte obiecti, uel ex parte intellectus; non ex parte obiecti, quoniam ipsemet tenet in eodem loco, quòd singulare ex parte obiecti est primò notum; non ex parte intellectus possibilis, quoniam est sicut tabula nuda ad suscipiendum omnia intelligibilia æqualiter; indifferenter enim se habet intellectus ad magis & minus uniuersalia, neq; ex parte intellectus agentis, qui indifferenter etiam est omnia facere, scilicet, omnia intelligibilia potentia, intelligibilia actu, forte diceret; quòd hoc necessariò accidit propter ordinem repertum inter magis & minus uniuersale; sed hoc nihil est, quoniam talis ordo est essentialis uel accidentalis, non essentialis, quia intellectus nunquam posset manuduci in cognitionem speciei specialissimæ, consequentia patet ex Aristo. 7. metaph. tex. 28. ubi habet quod multa genera intermedia ignoramus a quibus dependet essentialiter cognitio speciei, cum per te est ordo essentialis inter magis & minus uniuersale. Si uero fuerit ordo essentialis, ergo uariari potest; ergo interdum minus uniuersale erit primò notum; falsa est igitur illa tua propositio, quòd ex parte intellectus præcise primò cognitum, sit ens: De primo autem cognito cognitione habituali ne prolixio-

QVAESITVM DE COGNITIONE SINGVLARIS AD MENTEM ANTIQVORVM.

QVAESITVM hoc de cognitione singularis sensibilis & si adeo arduum sit ut uiris praestantissimis negocia facesserit, ipse tamen pro uiribus quàm breuissime fieri poterit quatuor conclusionibus de mente antiquorum declaratis explicare conabor. Quarum prima haec est. Intellectus cum sit facultas animae rationalis, cuius essentia est uniuersalis, seiuncta a conditionibus materialibus, per se natum est apprehendere uniuersalia; declaratur haec conclusio quatuor obseruatis. Primum est Aristo. 9. metaph. tex. 13. ubi Arist. ostendit actum simpliciter praecedere potentiam & ratione & tempore; Semper enim inquit, potestate tale, fit actu ens ab actu ente; ut homo ex homine, musicus a musico semper mouente aliquo primo. Deinde obseruandum est, quod intellectus noster potentialis dicitur esse similis tabellae nondum inscriptae tertio de anima tex. 14. & est in potentia ut recipiat omnes intentiones formarũ materialiũ uniuersalium ut inquit Auer. 3. de anima commen. 5. Tertio obseruandum est quòd sensibilia dicuntur esse intelligi-

bilia non actu sed potentia. Vnde duo ordines dicuntur esse in rerum natura, alter est rerum intelligibilium, in quo collocantur entia abstracta a materia secundum esse; alter est sensibilium, in quo collocantur res sensibiles, tam æternæ quam corruptibiles; In medio autem istorum ordinum collocatur anima rationalis habens duas facies, per primam conuertit se ad sensibilia, & ab eis præparatur, ut tandem conuertat se ad intelligibilia non potest autem recipere sensibilia, ab eisq; moueri nisi ministerio intellectus agentis; & ratio est quoniam cum sensibilia sint potentia intelligibilia, intellectus quoq; potentia sit, ideo egent aliquo in actu extrahente illa de potentia ad actum, & hoc fuit in causa quod Arist. posuit intellectum agentem. Vnde Alex. Aphrod. 2. de anima cap. 18. inquit. Quæ enim mouerunt Arist. ut intellectum extrinsecus aduenientem induceret, hæc esse ferebantur; primò analogia a sensibilibus &c. Vide eum. Hinc patet quantum deuiarit a uia antiquorum Ioan. Angl. in 3. disti. 1. quæst. 1 art. 2. ubi dicit intellectum agentem habere duplicem actum. His habitis conclusio manifestatur hoc pacto, quoniam uis operandi, modus, & obiectum debent esse proportionata, intel-

prehendi ab intellectu est uniuersale, siue forma abstracta; hoc sensit Arist. primo physic. Uniuersale secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum; nec ualet id quod solet dici; quòd Arist. non dixit cum præcisione; quoniam si intellectus esset natus primò apprehendere singulare, frustra esset data uis illa suprema sensibus.

Secunda conclusio. Secunda conclusio, suprema uis sentiendi in homine, (quocunq; nomine nominetur) nata est per se apprehêdere singulare sensibile seiunctum a cæteris conditionibus materialibus, ut dicit Auer. 2. de anima commen. 63. Quòd intentiones indiuiduales decem prædicamentorũ ab hac uirtute percipiuntur. Hæc autem conclusio probari potest a simili; nam cum illa uis sit singularis, & operatio; obiectum quoq; erit singulare. Hæc enim ad inuicem debent esse proportionata; & ideo Arist. 3. de anima tex. 37. & 38. habet, quòd anima est modo quodam omnia, est enim omnia sensibilia per sensum, & omnia intelligibilia per intellectum; non enim dixit omnia sensibilia per intellectum, quoniam sensibilia non possunt uniri intellectui.

Tertia cõclusio. Tertia conclusio. Intellectus cognoscit singulare immateriale per se & primò. Hæc patet secundum eos, qui tenent intellectum se ipsum contemplari, qui singula-

ris est singularitate non opposita uniuersalitati; hoc etiã modo intellectus secundum Scot. actu reflexo cognoscit se posse intelligere aliorum, & proprias operationes, hæc enim omnia singularia sunt, & uniuersalia, idest separata a materia.

Quarta conclusio. *Intellectus potentia apprehendit singulare sensibile mediante sensu, cui est colligatus; talis est enim ordo istarum potentiarum, quòd intellectu operente, sensus etiam operatur, ut inquit Aristot. de mem. & rem. quando intellectus quantum in uniuersali, potentia sensitiua aliquod quantum in particulari contemplatur; & ob hanc unionem, ea, quæ sensui primò conueniunt multoties denominant intellectum, ut dicit Auer. tertio de anima, commen. septimo de fatigatione, quæ denominat intellectum per accidens. Doct. etiam subtilis in tertio distinct. 15. dixit animam Redemptoris habuisse maximam tristitiam in morte, propter unionem cum corpore. Sensus igitur est id, quod per se apprehendit singulare, intellectus uero per accidens; & hoc quia ègreditur quodammodo propriam naturam, ad similitudinem lineæ reflexæ, quæ facit angulum, ut dixit Aristo. tertio de anima, tex. decimo* Quarta conclusio.

metaph.com.4.dicit, uniuersalia apud Arist. sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea consimilitudinem, & facit ea unam intentionem; non potest autem intellectus colligere ex ignotis; ergo cognoscit singularia.

Praeterea inductio fit ex singularibus, tanquam ex praeexistente cognitione, ergo. Amplius, format hanc propositionem; Socrates est homo, ergo cognoscit extrema, & hac uia processit Greg. Arim. Ioan. etiam Gram. ita arguit, intellectus corrigit sensum de remo, qui uidetur fractus in aqua, ergo intelligit remum. Praeterea uirtus ponens differentiam inter aliqua, cognoscit utrunque propria ratione; Intellectus ponit differentiam inter uniuersale, & singulare, ergo; maior nota est ex 2. de ani. tex. 146. Praeterea omnis perfectio potentiae inferioris attribuenda est superiori, sed apprehendere singulare, est perfectio sensus, ergo. Duobus modis possunt solui istae rationes, primò negando intellectum colligere uniuersale ex particularibus, aut inducere; sed homo est ille qui colligit & inducit mediantibus facultatibus diuersis. Haec est sententia Aris. 1. de anima tex. 64. Melius est inquit fortassis non dicere animam addiscere aut intelligere, sed hominem anima, & in 2. de anima tex. 24. dixit. Anima est quo ui-

uimus, sentimus, & intelligimus primò. Contra, est Arist. 3. de anima tex. 1. De parte autem animæ, quâ sapit & intelligit anima. Respondetur quòd sic intelligendus est, de facultate animæ quà anima intelligit ut quà primò; nam homo intelligit anima primò & intellectu immediatè; & ita ad Greg. dicendum est, quôd idem homo in inductione facit antecedens & consequens. Idem enim homo potest ponere differentiam inter aliqua & illa apprehendere mediantibus pluribus facultatibus; id enim quod denominatur agere, suppositum est; & hoc loquendo de ultimata denominatione; de intellectione autem animæ separatæ alias erit sermo; aduertas etiam quòd apprehendere est perfectio potentiæ apprehensiuæ simpliciter, & hoc conuenit potentiæ superiori; sed apprehendere singulare non est perfectio simpliciter, sed huic est perfectio, quæ non est attribuenda potentiæ superiori.


Alio modo diluuntur hæc argumenta concedendo intellectum intelligere, & sensum sentire; sed intellectus intelligit uniuersale per se, & mediante sensu singulare & per accidens. Cum enim comparatur rebus materialibus, & sensibilibus egreditur propriam natu-

tis per accidens, ministerio sensus, & propter colligantiam. Simili ratione diximus intellectus per se non posse fatigari, per accidens uero fatigatur. Et pro solutione multorum argumentorum obseruandũ, quòd intellectus cognoscit rationem singularitatis ad quam refertur uniuersale; non tamen sequitur, ergo cognoscit singulare; cognoscit etiam rationem primæ substantiæ per quandam descriptionem, non tamen sequitur ergo cognoscit hanc primam substantiam nisi mediante sensu. Hæc dicta sint secundum uiam Arist. & antiquorum philosophorum, nostrates uero alia uia procedunt, in 7. metaph. ad quos lectores relegamus.

FINIS.

Ad instantiam Magistri Dominici Barbettæ Nini nuncupati, Ad quadriuium Diui Antonij.

1553.



REGISTRVM.

a b c d e f g h i k

Omnes sunt duerni.